SYRUPUS CONDITURAE CORTICUM AURANTIORUM.

SYRUPUS BALSAMICUS.

℞. Balsami Tolutani uncias duas.
Aquae communis libram unam.

Destillentur S. A., in vitro bene clauso, ad siccitatem fere; tum aquae destillatae adde Sacchari Conoïdei duplum, & dissolve lento igne, ut F. Syrupus.

SYRUPUS GRANORUM KERMES.

Paratur ex Saccharo, & Succo Granorum Kermes, *qui aliunde adfertur.*

SYRUPUS CARDUI BENEDICTI.

℞. Succi ex Fol. Cardui Benedicti, recens expressi & depurati, libram unam & semis.
Sacchari Albi libras duas.

Coque ad Consistentiam Syrupi.

SYRUPUS CITREORUM.
———— CYDONIORUM.
———— MORORUM.
———— RUBI IDAEI.

℞. Suc-

℞. Succi cujusvis horum, recens expressi, & per subsidentiam depurati, libram unam.
Sacchari Conoïdei libras duas.
Agitando redige in Syrupum.

SYRUPUS CARYOPHYLLORUM AROMATICORUM.

℞. Aquae Still. Caryophyllor. Aromat. libram unam.
Sacchari Conoïdei libras duas.
Agitando redige in Balneo Mariae S. A. in Syrupum.
Eodem modo ex Aquis Stillat. parentur

SYRUPUS CINAMOMI.
———— FOENICULI.
———— ROSARUM RUBRARUM, SIVE JULAPIUM ROSARUM.

SYRUPUS LIMACUM.

℞. Limacum hortensium libras duas.
Contundantur paulum, ut testae diffringantur; tum admisce Sacchari Conoïdei pulverati libram unam. *Suspendantur ita in manica Hippocratis, loco humidiori, ut Syrupus in vas suppositum sponte defluat.*

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

℞. Capit. Papav. Alb. bene ſiccat. unc. quatuordecim.
Macerentur viginti quatuor horis in
Aquae purae libris octo.
Deinde probe coquantur, &, fortiter expreſſo, liquori additis
Sacchari Albi libris duabus,
Denuo coque in Syrupum.

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI.

℞. Succi Florum Papav. Erratic. fortiter expreſſi, Q. V.
Sacch. Albi Conoïdei Q. S.
F. S. A. leni igne Syrupus.

N. B. Deficientibus Floribus recentibus, licebit eoſdem ſiccatos *cum aqua coquere; & decoctum cum* Saccharo Albo *in conſiſtentiam Syrupi S. A. redigere.*

SYRUPUS FLORUM PERSICORUM.

℞. Florum Perſicorum recentium uncias octo.
Aquae communis fervidae uncias ſexdecim.
Collocentur in Balneo Mariae, vaſi ſtanneo indita, per viginti quatuor horas; deinde fortiter exprime, & aquae colatae adde
Sacchari Albiſſimi uncias triginta.
Diſſolvantur leni calore in Syrupum.
Eodem modo parantur

SYRUPUS FLORUM PAEONIAE.
——————————— SAMBUCI.
———— VETONICAE RUBRAE.

SYRUPUS ROSARUM SICCATARUM.

℞. Roſarum Rubrarum ſiccatarum libram unam.
Macerentur horis viginti quatuor calide in aquae tepidae Q. s. *Colaturae expreſſae addantur*
Sacchari Albi librae duae.
Coque in Syrupum.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS.

℞. Infuſionis Roſarum Pallidarum, ſaepe iteratae, libras quinque.
Sacchari Albi libras quatuor.
Coque in Syrupum.

SYRUPUS VIOLACEUS.

℞. Infuſionis Florum Violarum recentium, a caliculis mundatorum, libras duas.
Sacchari Conoïdei Q. s.,
Ut agitando, ſine coctione, in Syrupum coerulei coloris redigatur. Ita fit, ſi uncia una Flor. Violarum ad uncias duas Aquae ſumatur.

SYRUPI COMPOSITI.

Syrupus Althaeae Fernelii.

℞. Rad. Althaeae uncias duas.
—— Aſparagi.
—— Glycyrrhizae raſar.
—— Graminis.
Uvarum Paſſarum, ab acinis purgatarum, ana unciam ſemis.
Cicerum Rubrorum unciam unam.
Summitatum Althaeae.
Herb. Adianthi utriuſque.
—— Malvae.
—— Parietariae.
—— Pimpinellae.
—— Plantaginis ana manipulum unum.
Sem. Quatuor Frigidorum Majorum.
—— Minorum contuſorum ana drachmas tres.

Coque in S. Q. aquae, ad tertiae partis conſumtionem; colaturam cum
Sacchari Albi libris quatuor
Coque in Syrupum.

Syrupus Artemisiae.

℞. Rad. Foeniculi.
—— Helenii.
—— Iridis.

Rad.

Rad. Leviſtici.
—— Paeoniae.
—— Rubiae Tinctorum ana unciam ſemis.
Herb. Artemiſiae manipulos duos.
—— Betonicae.
—— Calaminthae.
—— Chamaedryos.
—— Chamaepityos.
—— Hyſſopi.
—— Hyperici.
—— Majoranae.
—— Matricariae.
—— Meliſſae.
—— Nepetae.
—— Origani.
—— Praſii.
—— Pulegii.
—— Sabinae ana manipulum unum.
Sem. Aniſi.
—— Dauci.
—— Foeniculi.
—— Nigellae.
—— Ocimi.
—— Petroſelini.
—— Rutae ana drachmas tres.
Aquae purae pintas quatuor.

Deſtillando abſtrahantur unciae quindecim, in quibus diſſolve

Sacchari Albi libras duas & ſemis.

Reſiduum exprime & colato liquori adde

Sac-

Sacchari Albi libras duas & ſemis.

Coquantur in Syrupum, priori commiſcendum, & condiendum

Cinamomi uncia una.

Spicae Nardi Indicae drachmis tribus.

Syrupus Rhamni Cathartici, seu Spinae Cervinae.

℞. Succi Baccarum maturarum, & recentium Rhamni Cathartici, per ſubſidentiam depurati, libras duas.

Sem. Aniſi drachm. tres.

Caryophyllor.

Zinziber.

Cinamomi.

Nucis Moſchatae ana drachmam unam & ſemis.

In petia ligata macerentur in Balneo Mariae diei ſpatio, dein valide exprimantur, & cum Sacchari Albi libra una & ſemis *coquantur S. A. in Syrupum.*

Syrupus Capillorum Veneris.

℞. Herbae Capill. Veneris recentis, & parum conſciſſae, uncias quinque.

Poſt macerationem viginti quatuor horarum in S. Q. Aquae calidae, *ebulliant S. A., ſub finem adde*

Rad. Glycyrrhizae raſar. uncias duas.

Colaturae clarificatae libris quinque addantur

Sacchari Albi librae quatuor.

Coque S. A. in Syrupum.

Syrupus Cichorei cum Rhabarbaro.

℞. Succi Cichorei libras tres.
Coque ad libram unam & semis.
Rhabarb. opt. uncias duas & semis.
Cinamomi electi drachmam unam & semis.
Macerentur per noctem loco calido, vase bene clauso; colaturae expressae adde
Sacchari Albi libras duas.
Sola dissolutione fiat Syrupus.

Syrupus Diacodion.

℞. Capitum Papaveris Albi, sine seminibus, siccatorum.
Siliquarum Dulcium sine granis ana uncias tres.
Rad. Althaeae.
Glycyrrhizae rasar. ana uncias duas.
Conscissa coquantur S. A. in S. Q. Aquae, subinde agitando. Colaturae expressae adde
Sacchari Conoïdei albi libram unam & semis.
Coquantur ad consistentiam Mellis, seu Syrupi spissioris.

Syrupus Hyssopi Zwelferi.

℞. Herb. Hyssopi recentis uncias quatuor.
Rad. Apii.
—— Foeniculi.
—— Glycyrrhizae recent.
—— Petroselini ana uncias duas.
Crassiuscule conscissis & contusis, ac Cucurbitae vitreae immissis, affundantur

Succi Hyſſopi libra una.
—— Foeniculi libra dimidia.

Et poſt digeſtionem unius diei F. deſtillatio Succorum fere ad ſiccitatem ſpecierum.

Aquae deſtillatae denuo immerge
Herb. Hyſſopi recentis.
Rad. Scillae recentis, non praepar. ana unciam unam & ſemis.

Et, poſtquam diei ſpatio in calore ſteterint, F. colatura, expreſſio, & filtratio. Tum ſpecies omnes, a deſtillatione, & ultima extractione relictas, coque cum
Aquae purae Q. S. circiter ad libras duas.

Decoctum expreſſum, albumine ovorum *optime clarificatum, cum*
Sacchari libris duabus

Coquatur ad priſtinam hujus conſiſtentiam, ſive formam Tabellarum, cui adde
Eſſentiae, ſuperius deſtillatae & infuſae, circiter uncias quindecim.

Sola diſſolutione F. Syrupus.

Si idonea conſiſtentia non habeatur, Sacchari *quantitas vel augeri, vel Eſſentiae diminui poteſt.*

SYRUPUS MENTHAE.

℞. Succi Cydoniorum.
—— Granatorum Acidorum depurati.
Infuſ. Roſar. Rubr. ana libram dimidiam.
Sacchari Albi libras tres.

Coque S. A. in Syrupum, ſub finem coctionis adde
Succi Menthae depurati libram unam.

Syrupus Myrtinus.

℞. Baccarum Myrti uncias duas & ſemis.
Meſpilorum immatur. libram dimidiam.
Sem. Oxyacanthae, *ſeu* Berberis.
—— Sumach, *ſeu* Rhoïs obſoniorum.
Flor. Balauſtiorum.
—— Roſarum Rubrarum.
Ligni Santali Albi.
———— Rubri ana unciam unam & ſemis.

Contuſa coque in S. Q. aquae ad tertiae partis conſumtionem; expreſſo & percolato decocto adde
Sacchari Albi clarificati libras quinque.

Coquantur denuo ad ſpiſſiorem conſiſtentiam; ſub finem addendo
Succi depurati Cydoniorum.
———— Granatorum Acidorum ana libras duas.

F. S. A. Syrupus.

Syrupus Quinque Radicum.

℞. Rad. recent. Apii.
———— Aſparagi.
———— Foeniculi.
———— Petroſelini.
———— Ruſci ana uncias quatuor.

Inciſa coque in S. Q. aquae, colaturae adde
Sacchari Albi libras quatuor.

Clarificentur, coquantur in Syrupum.

Syrupus Rosarum Solutivus cum Sena.

℞. Foliorum Senae mundat. uncias octo.
Macerentur biduo in
Infusionis Rosarum Pallidarum Q. S.
Colaturae expressae adde
Sacchari Albi libras duas.
F. S. A. Syrupus, cui, antequam frigescat, admisce Elaeosaccharum sequens:
℞. Ol. Stillat. Anisi.
——— Foeniculi ana guttas octo.
Sacchari Conoïdei optimi unciam dimidiam.
F. S. A. in Mortario vitreo Elaeosaccharum.

Syrupus Stoechadis.

℞. Florum Stoechadis uncias quatuor.
Herb. Betonicae.
——— Calaminthae.
——— Origani.
——— Thymi ana unciam unam & semis.
——— Salviae.
Florum Rorismarini ana unciam dimidiam.
Seminum Foeniculi.
——— Paeoniae.
——— Rutae ana drachmas tres.
Aquae purae pintas quatuor.
Destillentur per Vesicam, & abstrahatur pinta una, in qua solvantur

Sac-

Sacchari Albi Conoïdei unciae quadraginta.

Residuo expresso admisce

Sacchari Albi libras duas & semis.

Coque in Syrupum spissiorem, priori commiscendum.

F. S. A Syrupus.

Syrupus Symphyti Majoris.

℞. Radicum & Comarum Symphyti Majoris.
Herb. Bellidis cum toto ana partes tres.
——— Betonicae.
——— Pimpinellae.
——— Plantaginis.
——— Polygoni.
——— Scabiosae.
——— Tussilaginis.
Florum Rosarum Rubrarum ana partes duas.

Ex omnibus virentibus, in pauxillo aquae coctis, exprimatur succus, qui coquatur, & despumetur.

Ejus libris tribus adde

Sacchari Albi libras duas & semis.

Coque in Syrupum.

M E L L I T A.

Mellis Despumatio.

Mel in Balneo liquefac, & spumam emergentem aufer. Postea per pannum laneum effunde.

Mel Diamoron Nicolai.

℞. Succi Mororum immaturorum.
—— Rubi ana libram unam.
Mellis optimi Despumati libras quatuor.
Coque in Syrupum spissiorem.

Mel Anthos.

℞. Infusi Foliorum & Florum Rorismarini recentium, saturatissimi, uncias decem.
Mellis Despumati libram unam.
Ebulliant parumper in Syrupi Consistentiam.

Mel Mercurialis.

℞. Succi depurati Mercurialis libras tres.
Mellis optimi Despumati libras quatuor.
Coque leni igne in Syrupi Consistentiam.

Mel Rosarum Rubrarum.

℞. Florum Rosarum Rubrarum immatur. siccat., demtis unguibus, libram unam.
Macerentur in S. Q. Aquae, dein colatae, & fortiter expressae infusioni adde
Mellis optimi Despumati libras tres.
Coque leni igne in Consistentiam Syrupi spissioris.

Oxymel Simplex.
——— Scilliticum.

℞. Mellis Despumati optimi libras tres.
Liquescat super cineres calidos in vase fictili vitreato, liquefacto admisceantur
Aceti Vini albi, *sive*
—— Scillitici librae duae.
Leni igne redigantur in Syrupi spissitudinem.

ACETA.

Acetum Destillatum.

℞. Aceti Vini acerrimi Q. V.
Destilletur ex Vitro, vel Cucurbita, Stanno bene obducta, ad tres quartas partes, abjiciendo phlegma, quod prius adscenderat.

Acetum Calendulae.
——— Lavendulae.
——— Rosarum.
——— Sambucinum. } *ex Floribus.*
——— Rutaceum. *ex Herba.*

Fiunt omnia eodem modo.
℞. Florum, *aut* Herbarum, mediocriter siccatarum, uncias tres.
Aceti Vini libras duas.
Digerantur diu, & dein colentur.

Acetum Scilliticum.

℞. Radicis Scillae, in taleolas ſectae, & leviter ſiccatae, libram unam.
Aceti libras ſex.

Macera Scillas in Aceto, leni calore, dein exprime, & ſepone, ut faeces ſubſidcant: denique, Aceto defecato, adde Spiritus Vini tenuioris duodecimam circiter partem, ut diutius a feculentia conſervetur.

Acetum Theriacale.

℞. Theriacae Andromachi uncias duas.
Aceti Vini uncias viginti quinque.

Digerantur diu, dein Acetum decolatum ſervetur uſui.

DECOCTA, EMULSUM, MUCILAGO ETC.

Decoctum Album Sydenhami.

℞. Cornu Cervi raſi.
Micae Panis Albi ana uncias duas.

Coque cum libris quatuor Aquae purae ad libras duas. Poſtea cum S. Q. Sacchari edulca.

Decoctum Emolliens et Carminans Clysteris.

℞. Fol. Althaeae.
—— Parietariae.
Flor. Chamaemeli.
—— Meliloti ana manipulum ſemis.
Sem. Foeniculi dulcis drachmas duas.
Coque in S. Q. Aquae ad uncias octo.

Decoctum Hordei.

℞. Hordei decorticati uncias duas.
Aquae Pluvialis libras tres.
Coque ad tertiae partis conſumtionem, & cola.

Decoctum P. Foresti.

℞. Rad. Petroſelini.
—— Foeniculi ana uncias duas.
Fol. Althaeae manipulos duos.
Sem. Quatuor Frigid. Major. ana drachmas duas.
Cicer. Rubr. contuſor. unciam unam.
Ficus pingues numero ſex.
Hordei mundati unciam unam & ſemis.
Coque in Aqua pura per ſeſquihoram, ſub finem addendo Rad. Glycyrrhizae drachmas ſex. *Colaturam librarum duarum & ſemis exhibe.*
Quod ſi, cum Rad. Glycyrrhizae, *etiam* Foliorum Senae mundator. & Seminis Aniſi ana uncia una *addatur, dicitur*

Decoctum P. Foresti cum Sena.

EMULSIO REFRIGERANS, EMOLLIENS.

℞. Sem. Cucumer. non rancid.
—— Papaver. Albi contuſor. ana unciam unam.
Avenae decorticatae.
Amygdalar. Dulcium decorticat. ana unciam ſemis.
F. cum S. Q. Aquae purae coctae, *in Mortario marmoreo, L. A. Emulſum, cujus libris duabus decolatis adde* Julapii Roſarum unciam unam & ſemis, Salis Prunellae drachmas duas.

MUCILAGO SEMINIS CYDONIORUM.

℞. Sem. Cydoniorum drachmam unam.
Aquae purae uncias quatuor.
Coque leni igne, donec Aqua fere inſtar albuminis ovi lenteſcat; tum per pannum linteum trajice. Poteſt, ſi uſus venit, loco Aquae purae, Aqua Roſarum *ſumi, vel alia.*
Eodem modo paratur
MUCILAGO GUMMI ARABICI.
———————— TRAGACANTHI.
———————— RAD. ALTHAEAE.
———————— SALAB.
———————— SEM. PSYLLII ETC.

GELATINA CORNU CERVI.

℞. Cornu Cervi, puriſſimi & albiſſimi, raſi, uncias quatuor.
Aquae Pluvialis pintas tres.

Co-

Coquantur in vase vitreato, clauso, per quatuor, vel quinque horas, (id est, ad duarum fere partium consumtionem) ut liquoris limpidi guttae aliquot, cochleari exceptae, in loco frigido jam concrescant in Gelatinam molliorem. Tum Colaturam per cribrum trajice, eique admisce Albumina Ovorum octo cum testis. *Probe & diu conquassa, atque adde postea*

Succi Citreorum, rec. expressi, uncias quinque.
Corticis Citr. recent. drachmas duas.
Vini Rhenani optimi uncias decem.
Sacchari albissimi Q. s. ad gratum saporem.

Iterum coquantur per quadrantem horae, leni igne, semper agitando, & liquor decoletur iterum iterumque per Manicam Hippocratis, ut pellucidissimus sit; postea in vasis idoneis reponendus in locum frigidum siccum, ut concrescat in Gelatinam.

D E O L E I S.

OLEA PER EXPRESSIONEM.

OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM.
——————— DULCIUM.
——— LAURINUM GENUINUM *ex Fortunatis Insulis adfertur.*
——— MACIS *ex India Orientali venit.*
——— NUCIS MOSCHATAE *transportatur ex India Orientali.*
——— NUCIS JUGLANDIS.

OLEUM OLIVARUM MATURARUM *venit ex Hispania.*

——— PALMAE *ex Indiis & Guinea adfertur.*

——— SEM. HYOSCYAMI.

——————— LINI.

——————— NIGELLAE.

——————— PAPAVERIS.

——————— SINAPI.

Sequenti modo parantur:

℞. Amygdalarum Dulcium ſiccatarum, non rancidarum, Q. V.

Minutiſſime in Mortario marmoreo contuſas in pannum aſperum Cannabinum inde, & prelo frigido ſenſim oleum exprime.

OLEUM OVORUM.

℞. Ovorum recentium Q. V.

Coquantur ad duritiem, removeantur teſtae & albumina, & ex vitellis, in ſartagine toſtis, donec oleoſi appareant, oleum exprime, ut de Amygdalis dictum eſt.

OLEA PER INFUSIONEM, ET DECOCTIONEM.

OLEUM ABSINTHII *ex comis.*

——— ANETHINUM *ex foliis & floribus.*

——— CHAMAEMELINUM *ex floribus.*

——— HYPERICI *ex ſummitatibus & floribus.*

OLEUM

Oleum Liliorum Alborum *ex floribus.*
——— Rosaceum completum *ex Rosis Rubris apertis, & oleo maturo.*
——— Rutaceum.
——— Solani *ex foliis & baccis cum oleo Rosaceo.*
——— Trifolii Odorati *ex foliis & floribus.*

Fiunt omnia eodem modo, ut

℞. Comarum Abſinthii virentis, inciſarum & contuſarum, uncias quatuor.
Olei Olivarum libras tres.

Poſt macerationem aliquot dierum leniter coquantur, donec omne fere humidum ablatum ſit. Poſtea decoletur, & exprimatur oleum, ſubſidentia ulterius depurandum. Coctio autem inſtituenda in Vaſis, alembico tectis, aut in phiala alta Chemica, ut partes volatiles retineantur.

Oleum Castorei.

℞. Caſtorei.
Styracis Calamitae.
Gummi Opoponacis.
——— Galbani.
Euphorbii.
Caſſiae Ligneae.
Rad. Coſti Amari.
—— Cyperi Longi.
—— Pyrethri.

Rad. Spicae Nardi Indicae.
Fol. Sabinae.
Croci.
Flor. Schoenanthi.
Sem. Cubebarum.
Piperis Longi.
——— Nigri ana drachmas duas.
Olei Olivarum libras tres.
Vini Albi libram unam.

Conſciſſa & contuſa macerentur per biduum in Vino, tum adde oleum, &, poſt iteratam aliquot dierum infuſionem, coque leniter in diplomate ad Vini conſumtionem. Poſtea coletur, exprimatur, depuretur.

Oleum Crocinum pro Emplastro e Ranis.

℞. Croci Britannici.
Sem. Cardamomi Minoris.
Rad. Acori ana unciam unam.
Myrrhae unciam dimidiam.
Aceti Vini libram mediam.

Infunde per ſex dies, dein adde
Olei Olivarum libram unam & ſemis.

Poſt novam infuſionem aliquot dierum, leni igne coque ad Aceti conſumtionem in phiala alta. Dein cola, exprime.

Oleum Lumbricorum Terrestrium.

℞. Lumbricorum Terreſtrium, Vino Albo lotorum, libram dimidiam.
Olei Olivarum libras duas.
Vini Albi Gallici uncias quatuor.
Infunde per diem calide, dein coque, donec Vinum ſit conſumtum, cola, & exprime.

Oleum Mastichinum.

℞. Maſtichis electae uncias tres.
Olei Roſacei libram unam.
Vini Albi uncias duas.
Coquantur in diplomate ad Vini conſumtionem, dein cola, exprime.

Oleum Mucaginum.

℞. Rad. Althaeae recentium, inciſarum, uncias quatuor.
—— Scillae recent. contuſ. unciam unam.
Sem. Foenugraeci.
—— Lini, contuſorum, ana unciam unam & ſemis.
Poſt macerationem in S. Q. Aquae, deinde leniter coque, donec craſſam & viſcoſam deponant mucilaginem, cui adde
Olei Anethini.
—— Chamaemelini.

Olei Liliorum Alborum ana uncias ſexdecim.

Simul coquantur, donec aqua conſumta ſit, cavendo, ne empyreuma fiat, dein cola.

Oleum Nardinum.

℞. Rad. Spicae Nardi Indicae uncias tres.
Fol. Majoranae uncias duas.
—— Lauri.
Ligni Aloës.
Rad. Calami Aromatici.
—— Cyperi.
—— Helenii.
Sem. Cardamomi Minoris.
Macis.
Flor. Schoenanthi ana unciam unam & ſemis.
Vini Albi libras duas.
Olei Olivarum libras quatuor & ſemis.

Calide infundantur per aliquot dies, tum leviter coquantur in phiala alta. Demum cola, exprime.

Oleum Scorpionum.

℞. Scorpiones viventes & alacres N°. quinquaginta.
Iis affunde
Olei Amygdalarum Amar. libras duas.

DE

DE UNGUENTIS ET BALSAMIS.

UNGUENTUM AEGYPTIACUM.

℞. Aeruginis uncias quinque.
Aluminis Crudi unciam unam.
Mellis optimi uncias quatuordecim.
Aceti Vini fortis uncias ſeptem.
Coq. S. A. ad Conſiſtentiam Unguenti.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

℞. Olei Roſacei libram unam.
Cerae Albae uncias tres.
Ceruſſae uncias ſex.
Camphorae, cum Oleo Roſaceo tritae, drachmas duas.
F. S. A. Unguentum.

UNGUENTUM ALTHAEAE SIMPLEX.

℞. Olei Mucaginum libras duas.
Cerae Citrinae libram dimidiam.
Reſinae uncias tres.
Terebinthinae unciam unam & ſemis.
F. S. A. Unguentum.

UNGUENTUM ALTHAEAE COMPOSITUM.

℞. Olei Mucaginum libras duas.
Cerae Citrinae libram dimidiam.

Resinae.
Colophoniae ana uncias tres.
Gummi Galbani.
——— Hederae.
Terebinthinae ana unciam unam.
F. S. A. Unguentum.
Notetur, Gummi Galbanum Aceto solvendum esse.

Unguentum Arthanitae.

℞. Succi Rad. Cyclaminis libram unam.
Aut, ejus loco,
Decocti unius librae Rad. Cyclaminis siccat., in taleolas incisarum.
Succi Cucumeris Asinini libram dimidiam.
Rad. Polypodii Querc. uncias tres.
Pulpae Colocynthidis unciam unam & semis.
Euphorbii drachmas duas.
Contusa macerentur aliquot dies, postea leviter ebulliant, donec succi consumti sint; cola & exprime. In expresso liquefiant
Butyri Vaccini.
Olei Irini ana libra dimidia.
Cerae Flavae unciae duae & semis.
Hisce, adhuc tepidis, immisce
Gummi Sagapeni, Aceto soluti, depurati, & leni calore evaporati, drachmas tres.
Fellis Taurini, evaporati ad Mellis crassitiem, unciam dimidiam.
Et postea sequentia, in pulverem tenuissimum redacta,

Scam-

Scammonii.
Colocynthidis.
Turbith Gummosi.
Aloës.
Bacc. Mezeraei ana drachmas duas & semis.
Euphorbii.
Myrrhae.
Flor. Chamaemeli.
Piperis Longi.
Rad. Zingiberis ana drachmam unam.
Salis Gemmae drachmas duas.
F. S. A. Unguentum.

UNGUENTUM AUREUM.

℞. Olei Olivarum libras duas.
Cerae Citrinae uncias sex.
Terebinthinae uncias duas.
Resinae Pini.
Colophoniae ana unciam unam & semis.
Hisce, simul liquatis & tepefactis, inspergatur sequens pulvis,
Mastiches.
Thuris ana uncia una.
Croci drachma una.
F. S. *A. Unguentum.*

UNGUENTUM BASILICUM.

℞. Cerae Citrinae.
Picis Nigrae.
Resinae Citrinae ana libram dimidiam.
Olei Olivarum libras duas.
F. S. A. Unguentum.

UNGUENTUM BASILICUM CUM TEREBINTHINA.

Fit, si liquatis prioribus adjiciantur
Terebinthinae unciae quatuor.

UNGUENTUM BASILICUM FLAVUM.

Fit, si, loco Picis Nigrae, Terebinthinae unciae sex *adjiciantur, & misceantur, antequam reliqua frigescant.*

UNGUENTUM DE CALCE.

℞. Calcis, aliquoties lotae.
Cerae ana uncias tres.
Olei Rosacei libram unam.
F. S. A. Unguentum.

UNGUENTUM, SIVE CERATUM DEFENSIVUM COERULEUM.

℞. Aceti Vini pintas octo.
Minii pulverati libras octo.
Coque ad mediam partem, cola, & residuo adde

Aceti

Aceti Vini pintas octo.

Coque, cola, ut prius, idque quater repete: tum

℞. Aceti prioris decolati libras duodecim.
Olei Olivarum libras viginti & duas.
Cerae Citrinae libras decem.
Lithargyrii Auri libras ſex.
Smalti optimi pulverati libras ſexdecim.
Pulveris Ceruſſae libras tres.

Acetum & Oleum miſceantur in formam Linimenti, dein addatur Cera, & caetera, ut fiat L. A. Linimentum, diu miſcendo & malaxando. Si, loco Olei Olivarum, ſumatur Oleum Amygdalarum Dulcium, & Cera Alba, erit hoc, ſine ullo foetore, Unguentum egregium; ſed tum minor quantitas praeparetur, ut ſemper recens conſervetur.

UNGUENTUM COERULEUM SIMPLEX.

℞. Unguenti Nutriti, ſine Corpore, uncias quatuor.
Smalti uncias duas & ſemis.

Agita in Mortario marmoreo in Unguentum.

UNGUENTUM DESICCATIVUM RUBRUM.

℞. Olei Olivarum libram unam & ſemis.
Cerae Albae.
Boli Armeniae.
Lap. Calaminaris praep. ana uncias quatuor.
Lithargyrii.

Cerussae ana uncias tres.

F. S. A. Unguentum.

Si quis cum Camphora *desideret*, *addat* ejus drachmas duas, dissolutas Oleo Olivarum.

Unguentum Diapompholygos.

℞. Olei Solani uncias sexdecim.
Cerae Albae uncias quinque.

Simul liquefactis insperge sequentia, in pulverem tenuissimum redacta:
Cerussae lotae uncias duas.
Pompholygos praeparatae.
Plumbi, usti & loti, ana unciam unam.

Demum iisdem, fere jam refrigeratis, admisce
Thuris unciam unam.

F. L. A. Unguentum.

Unguentum Fuscum.

℞. Colcothar.
Phlegmatis Vitrioli.
Aceti ana unciam unam.
Florum Virid. Aeris drachmas quinque.
Mellis Despumati uncias tres.

F. S. A. Unguentum.

Unguentum Enulatum cum Mercurio.

℞. Radicum Enulae Camp., in Aceto coctarum, contusarum, & modice siccatarum in pulpam usque, libram unam.

Axun-

Axungiae Porcinae, veteris, ſalitae, uncias octo.
Olei veteris uncias quatuor.
Argenti Vivi.
Cerae novae.
Terebinthinae lotae ana uncias duas.
Salis Communis, in ſubtiliſſimum pulverem redacti, unciam unam.

Liquefiant Axungia, Oleum & Cera; liquefactis admiſce Rad. Enulae Camp. pulpam, Sal & Terebinthinam, in qua Mercurius exacte ſit extinctus.

F. S. A. Unguentum.

Eodem modo fit

UNGUENTUM ENULATUM SINE MERCURIO ET TEREBINTHINA.

UNGUENTUM AD MAMMARUM FISSURAS.

℞. Olei Olivarum uncias tres.
—— Ovorum.
Axungiae Porc. ana unciam unam.
Butyri recentis, inſulſi, uncias tres & ſemis.
Gummi Arabici.
——— Tragacanth. ana drachmas ſex.
Balſami Peruviani drachmam unam.

F. S. A. Unguentum.

UNGUENTUM MARTIATUM.

℞. Herb. Abſinthii.
——— Abrotani.
——— Baſilici.

Herb.

Herb. Calaminthae.
—— Centaurii Minoris.
—— Chamaedryos.
—— Cofti Hortenfis.
—— Illecebrae Acris.
—— Majoranae.
—— Menthae Aquaticae.
—— Paralyfios.
—— Sabinae.
—— Salviae.
—— Sambuci ana unciam unam & femis.
—— Rorifmarini.
—— Rutae.
Fol. Lauri ana uncias tres.
Sem. Cumini.
—— Foenugraeci.
—— Urticae Majoris ana unciam dimidiam.
Medullae Cervinae, *vel* Bovinae uncias fex.
Styracis Liquidae uncias tres.
Butyri infulfi libram unam.
Olei Nucis Mofch. expreffi unciam unam.
—— Olivarum libras quatuor.
Cerae Citrinae libram unam.
Vini Albi Q. S.

Herbae & femina confciffa & contufa, poft debitam macerationem, coquantur in Vino & Oleo ad confumtionem humidi. Tum in Oleo expreffo liquefiant Medulla Cervina, per pannum trajecta, Butyrum & Cera: quibus, fub finem liquationis, adde Oleum Nucis Mofch. expreffum, & Styracem Liquidam, ut F. S. A. Unguentum.

UN-

Unguentum Mixtum Chirurgorum.

℞. Emplaſtri Diapomphol.
Unguenti Baſilici ana libram unam.
Leni igne ſolutis admiſce
Mercurii Praecipit. Rubri unciam unam & ſemis.
F. S. A. Unguentum.

Unguentum Neapolitanum.

℞. Mercurii Crudi uncias duas.
Diſſolve in S. Q. Terebinthinae Venetae; *dein adde*
Saponis Nigri.
Axungiae Porcinae ana libram unam.
F. S. A. Unguentum.

Unguentum Nervinum.

℞. Unguenti Althaeae uncias octo.
Axungiae Porcinae uncias quatuor.
Ol. Anethini.
— Chamaemelini.
— Laurini.
— Lumbricorum ana unciam unam & ſemis.
Cerae uncias duas.
Liquefiant leni igne, & agitentur in Unguentum, frigide admiſcendo demum
Spiritus Vini Rectif. uncias duas.
Ol. Petrae.
— Spicae.

Ol. Castorei.
— Terebinthinae ana drachmas sex.
F. S. A. Unguentum.

Unguentum Nutritum.

℞. Lithargyrii Auri, tenuissime laevigati, libram dimidiam.
Olei Rosacei.
Aceti Vini acerrimi ana libram unam.
Agitando in Mortario, affusa modo Olei, modo Aceti quantitate aliqua, F. S. A. Unguentum.

Unguentum Nutritum dictum sine Corpore.

℞. Aceti Lithargyrii uncias quatuor.
Olei Olivarum Q. s.,
Ut agitatione continua F. Unguentum mollius.

Unguentum Oculare.

℞. Lapidis Calaminaris praeparati uncias tres.
Tutiae praeparatae unciam unam.
Vitrioli Albi.
Camphorae ana scrupulos duos.
Ung. Rosacei libram unam.
NB. *Camphora cum Oleo Amygdalarum Dulcium recenti teratur, dein F. S. A. Unguentum.*

UNGUENTUM, SIVE BALSAMUM OPODELDOCH.

℞. Spiritus Lavendulae libras duas.
Saponis Albi Hiſpani uncias quinque.
Digere leni calore, donec fiat ſolutio, cui adde
Camphorae unciam unam.
Olei Still. Rorismarini.
——— Origani ana drachmas duas.
Miſce, agitando.

UNGUENTUM POMATUM DICTUM, VEL ODORIFERUM.

℞. Axungiae Porcinae recentis, mundatae, & Aqua Roſacea lotae, libras duas.
Igne leni paulatim liquefactae adde
Poma Odorifera, in taleolas conciſa, ſexdecim.
Ligni Rhodii, recenter raſi.
——— Saſſafras conciſi.
Rad. Iridis Florentinae ana drachmas ſex.
Infundantur, per aliquot dies, calide in vaſe terreo vitrato, dein liquefactis ſacculum immitte, qui contineat
Benzoin.
Styracis Calamitae, craſſe confractorum, ana unciam mediam.
Cinamomi electi drachmas tres.
Caryophyllorum drachmam unam.

Ab igne remota maneant ita per aliquot dies, dein Colatura cum

Aquae Rosarum unciis quatuor

Pistillo leniter agitetur, donec refrixerit Unguentum.

Unguentum Populeum.

℞. Oculorum, *seu* Gemmarum Populi recentium.
Axungiae Porcinae rec. ana libras tres.

Oculi, seu Gemmae Populi contundantur, & macerentur in Axungia, donec sequentes Herbae recentes collectae fuerint.

℞. Herb. Bardanae.
—— Hyoscyami.
—— Lactucae.
—— Mandragorae.
—— Papaveris Nigri.
—— Sempervivi Majoris.
—————— Minoris.
—— Solani.
—— Violarum.
—— Umbilici Veneris, *vel* Portulacae.
Comarum Rubi tenerrimarum ana manipulos duos.

Contusa cum Axungiae Porcinae libris tribus *coque ad consumtionem humidi, continua adhibita agitatione; tum vero admisce* Axungiam cum Populi Gemmis, *&, post levissimam ebullitionem, fortiter exprimendo cola, & move, donec refrixerit.*

Unguentum Rosaceum.

℞. Axungiae Porcinae, membranis exacte liberatae, libras duas.
Aquae Rosaceae destill.
Quantum, agitando in Mortario marmoreo, cum Axungia *subigi potest.*

Unguentum ad Scabiem.

℞. Axungiae Porcinae uncias tres.
Olei Olivarum unciam unam.
Radic. Zingiberis.
Piperis Nigri.
Cerussae ana drachmas duas.
Aluminis Crudi drachmam unam.
Florum Sulphuris unciam semis.
Mercurii Praecipitati Rubri drachmas duas.
Saponis Nigri drachmam unam.
F. S. A. Unguentum.

Unguentum, seu Linimentum e Spermate Ceti.

℞. Olei Olivarum uncias tres.
Spermatis Ceti drachmas sex.
Cerae Albae drachmas duas.
Leni igne simul liquefacta assidue & acriter move, donec penitus refrixerint.

Unguentum Viride, vel Balsamum Viride.

℞. Olei Lini libram ſemis.
Gummi Elemni uncias duas.
Aeruginis pulveratae drachmas duas.
F. leni igne S. A. Unguentum.

BALSAMA.

Balsamum Arcaei.

℞. Gummi Elemni.
Terebinthinae Abietinae ana unciam unam & ſemis.
Sevi Ovilli, antiqui & liquefacti, uncias duas.
Pinguedinis Porcinae, antiquae, liquefactae, unciam unam.
F. S. A. Balſamum.

Balsamum Lucatelli.

℞. Olei Hyperici.
Terebinth. Venetae, optime lotae, ana uncias ſex.
Cerae Citrinae uncias quatuor.
Balſami Peruviani drachmas duas.
Ligni Santali Rubri unciam dimidiam.
Vini Canarini uncias quatuor.
F. S. A. Balſamum.

Balsamum Traumaticum.

℞. Benzoin triti uncias tres.
Balſami Peruviani uncias duas.
Aloës Hepaticae tritae ſemunciam.
Spir. Vini Rectificati libras duas.
Digerantur in B. A. per triduum, & coletur.

Balsamum Vitae.

℞. Olei Terebinthinae uncias octo.
Salis Tartari unciam ſemis.
Saponis Veneti uncias tres.
Oleum Terebinthinae cum Sale Tartari in phiala vitrea, bene obturata, repone ſupra arenam calidam, donec Tinctura rubicunda appareat; dein Oleum Terebinthinae clarum effunde in vas, eique, leniſſimo igne ſenſim calefacto, adde Saponem, minutiſſime conciſum, & bene ſiccatum, continuo agitando, donec liquefactus ſit. Poſtea ab igne remove.

EMPLASTRA.

Emplastrum ad Ambustionem.

℞. Unguenti Roſacei.
Cerae Albae ana libram unam.
Olibani pulver. uncias tres.
Cinnabaris Nativ. unciam ſemis.
F. L. A. Emplaſtrum.

Emplastrum Adhaerens.

℞. Olei Olivarum pintam unam.
Resinae Pini uncias octo.
Minii, subtilissime pulverati & percribrati, uncias duodecim.

Oleo & Resinae simul liquatis, & per pannum decolatis, deinde vero iterum in igne positis, admisce Minium, & coque ad debitam spissitudinem. Laudatur, si in Aqua multum indurescat.

Emplastrum Antihystericum.

℞. Galbani uncias duodecim.
Tacamahacae tritae.
Cerae Flavae ana uncias sex.
Asae Foetidae.
Sem. Cumini triti.
Terebinthinae Venetae ana uncias quatuor.
Olei Succini drachmas duas.

F. S. A. Emplastrum.

Emplastrum Cephalicum.

℞. Tacamahacae tritae.
Cerae Flavae ana uncias quatuor.

Simul liquefactis adde

Terebinthinae Venetae uncias quatuor.

F. Emplastrum, cui, ab igne remoto, & fere refrigerato, admisce

Olei Still. Lavendulae drachmas duas.
——— Succini drachmam unam.

Em-

Emplastrum de Chavonne.

℞. Lithargyrii Auri uncias viginti quatuor.
Olei Olivarum libras duas & ſemis.
Cerae Citrinae libram unam.
Gummi Ammoniaci uncias tres & drachmas duas.
——— Galbani drachmas decem.
——— Opoponacis.
——— Olibani ana unciam unam.
——— Thuris uncias duas.
——— Myrrhae.
——— Bdellii.
——— Maſtiches.
Viridis Aeris ana unciam unam.
Lap. Magnetis praep. uncias quatuor.
Rad. Ariſtolochiae Rotundae uncias duas.

Lithargyrium & Viride Aeris cum Oleo Olivarum, affuſa Q. S. Aquae, coquantur ad Emplaſtri conſiſtentiam, tum adde Ceram, Gummi ſoluta, & poſtea pulveres.

Emplastrum dictum Diapalmae.

℞. Olei veteris Olivarum.
Lithargyrii Auri ana libras tres.

Coque cum S. Q. Aquae purae ad ſolutionem Lithargyrii, &, ſpathula continuo agitando, adde
Axungiae Porcinae libras duas.

F. S. A. Emplaſtrum.

Emplastrum Diachylon cum Gummi.

℞. Olei Mucaginum libras octo.
Lithargyrii Auri libras quatuor.
Cerae.
Terebinthinae ana libram dimidiam.
Gummi Ammoniaci.
——— Galbani.
——— Opoponacis.
——— Sagapeni ana uncias quatuor.

Simul coctis Oleo & Lithargyrio cum S. Q. Aquae, addatur Cera, dein Gummi, Aceto dissoluta.

F. S. A. Emplastrum.

Emplastrum Defensivum Rubrum.

℞. Fol. Salicis.
—— Fraxini ana manipulos quatuor.
—— Rubi.
—— Consolidae Majoris cum toto ana manipulos duos.
Corticis Radicis Fraxini.
Summitatum Myrthi ana manipulum unum.

Contusis omnibus affunde

Vini Rubri austeri uncias quadraginta.
Aceti Rosacei uncias duas.

Macerentur in loco tepido, octo diebus continuis, dein adde

Olei Rosarum sesquilibram.
—— Mastichini libram semis.

Coquantur leni igne, dein Colatura, fortiter expressa, ebulliat, cum

Lithargyrii Auri.
——— Argenti ana unciis ſex,

Ad Emplaſtri conſiſtentiam, addendo inter coquendum

Sevi Ovilli libram unam.
Cerae novae libras duas.

Et, finita coctione,

Terebinthinae uncias quatuor.
Thuris.
Myrrhae ana unciam unam.
Maſtiches unciam mediam.
Boli Armeniae.
Minii.
Terrae Sigillatae ana uncias quatuor.

F. S. A. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS.

℞. Cerae Citrinae uncias quindecim.
Olei Solani uncias quatuordecim.
Ceruſſae lotae uncias quatuor.
Plumbi uſti uncias ſex.
Pompholygos unciam unam & ſemis.
Thuris drachmas decem.

F. S. A. Emplaſtrum.

Emplastrum de Galbano Crocatum.

℞. Gummi Galbani, Aceto soluti, colati, & in pultis consistentiam inspissati, uncias sex.
Emplastri de Meliloto.
——— Diachyl. cum Gummi ana uncias tres.
Cerae Flavae uncias duas.
Terebinthinae unciam unam.
Croci Anglici drachmas sex.
Liquescant Emplastra cum Cera, iisque admisce Galbanum, cum Terebinthina permixtum: tandem Crocum pulveratum adjice.

Emplastrum de Lapide Calaminari Simplex.

℞. Lap. Calaminaris libras tres.
Lithargyrii Auri libram unam.
Olei Olivarum libram unam & mediam.
Butyri sine sale uncias tres.
Aquae communis.
Aceti acerrimi ana Q. S.
F. S. A. Emplastrum durum.

Emplastrum de Lapide Calaminari Compositum.

℞. Lapidis Calaminaris praepar. unciam unam.
Lithargyrii uncias duas.
Cerussae.

Tu-

Tutiae ana unciam dimidiam.
Terebinthinae unciam unam.
Thuris drachmas quinque.
Mastiches drachmas tres.
Myrrhae drachmas duas.
Camphorae drachmam unam & semis.
Cerae Albae unciam unam & semis.
Sevi Hircini uncias duas.

Redacta in pulverem, quae in eum redigi debent, misceantur cum Cera, Sevo & Terebinthina, simul liquatis. Sub finem adde Mastichen, Myrrham & Thus. Refrigeratis admisce Camphoram, cum Oleo Rosaceo tritam.

F. S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM DE LABDANO.

℞. Emplastri Diapalmae libras sex.
Olei Laurini unciam unam cum dimidia.
Colophoniae.
Cerae Citrinae ana uncias novem.
Gummi Galbani.
——— Ammoniaci.
——— Bdellii.
——— Opoponacis.
——— Elemni.
Styracis Calamitae ana uncias duas.
Terebinthinae.
Resinae Pini ana uncias tres.
Pulv. Radicis Iridis Florentinae.

Labdani ana uncias tres & semis.
Baccarum Lauri.
Seminis Cumini.
Flor. Chamaemeli.
—— Meliloti.
—— Rosarum Rubrarum ana uncias tres.
Herbae Thymi.
Fol. Sabinae ana unciam unam.

Liquescant simul Empl. Diapalmae, Colophonia, Resina Pini, Cera, Gummi Elemni. Liquatis adde Oleum Laurinum; tum Gummi Galbanum, Ammoniacum, Opoponax, Aceto prius depurata, & cum Terebinthina mixta. Dein sensim adde reliquos pulveres.
F. S. A. Emplastrum.

Emplastrum Meliloti.

℞. Florum Meliloti uncias sex.
——— Chamaemeli.
Fol. Absinthii.
—— Majoranae.
Seminis Foenugraeci.
Baccarum Lauri.
Rad. Althaeae ana drachmas tres.
—— Cyperi Rotundi.
—— Iridis Florentinae.
—— Spicae Nardi Indicae.
Cassiae Ligneae.
Sem. Ammios.
—— Apii.

Sem. Cardamomi Minoris ana drachmas duas & semis.
Gummi Ammoniaci drachmas decem.
——— Bdellii.
Styracis Calamitae ana drachmas quinque.
Terebinthinae unciam unam & semis.
Ficus siccatas N°. duodecim.
Resinae.
Sevi Hircini ana uncias quatuor.
Cerae Citrinae uncias octo.
Olei Spicae uncias duas.
—— Trifolii Odorati Q. s.

Sevo Hircino, Resina, Cera leni calore liquefactis, insperge pulveres praescriptos; & tandem admisce Terebinthinam, Gummi Ammoniacum depuratum, Oleum Spicae & Trifolii Odorati, ut fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM MUCAGINUM.

℞. Olei Mucaginum uncias sex.
Gummi Ammoniaci.
——— Galbani.
——— Opoponacis.
——— Sagapeni ana unciam dimidiam.
Croci drachmas duas.
Cerae Citrinae uncias viginti.
Terebinthinae uncias duas.

Oleo & Cera, prius liquatis, excipiantur Gummi soluta, depurata, & cum Terebinthina permixta, tandem & Crocus pulveratus.

F. S. A. Emplastrum.

Emplastrum Oxycroceum.

℞. Cerae Citrinae.
Colophoniae.
Picis navalis ana uncias ſex.
Croci Britannici unciam unam.
Gummi Ammoniaci.
——— Galbani.
Maſtiches.
Myrrhae.
Terebinthinae.
Thuris ana uncias duas.
Aceti Q. s. diſſolvendis Gummi.

Liquatis Cera, Colophonia, Pice navali, adde Gummi Ammoniacum & Galbanum, Aceto ſoluta & inſpiſſata, deinde Maſtichen cum Terebinthina, Thus & Myrrham, & ultimo Crocum, abſque coctione.

F. S. A. Emplaſtrum.

Emplastrum e Pice.

℞. Emplaſtri Diapalmae libras duas.
Picis Burgundicae libram unam.

Liqueſcant ſimul, ut fiat Emplaſtrum.

Emplastrum Ranarum sine Mercurio.

℞. Olei Chamaemelini.
—— Anethini.
—— Liliorum Alborum.

Olei Spicae ana uncias quatuor.
—— Crocini uncias duas.
Axungiae Porcinae libras duas.
Pinguedinis Vitulinae libram unam.
Olei Laurini uncias octo.
Thuris masculi uncias duas & semis.
Euphorbii drachmas decem.
Ranas viventes, Vino lotas, N°. duodecim.
Lumbricorum Terrestr., Vino ablutorum, uncias septem.
Fol. Matricariae.
Flor. Schoenanthi.
—— Stoechadis ana manipulos duos.
Succi Rad. Ebuli.
———— Enulae Campanae.
Terebinthinae clarae ana uncias quatuor.
Styracis Liquidae uncias tres.
Lithargyrii Auri libras duas & semis.
Olei Olivarum uncias sex.
Cerae Albae libras duas.

Ranae & Lumbrici infundantur in Oleo Chamaemelino, Anethino & Liliorum per duos dies; dein coletur, & in eodem Oleo infundantur Folia Matricariae, Flores Schoenanthi, *Stoechadis & Euphorbium per* XXIV. *horas; postea cola & exprime.*

Lithargyrium vero cum Oleo Olivarum, Succo Ebuli & Enulae Campanae coquatur, addendo Axungiam & Pinguedinem, ad duram satis consistentiam, quibus dein adde Ceram, leni miscendam igne, & postea Oleum Ranarum, &c. Thus, Terebinthinam, Styracem,

Oleum Laurinum, Crocinum; & ultimo Oleum Spicae, cum Emplastrum fere refrixerit. —

Si cum Mercurio expetatur, addantur

Argenti Vivi, Tereb. s. q. exstincti, unciae octo.

Intime misceantur.

Quod si dupla, vel quadrupla Mercurii dosis addatur, vocatur

EMPLASTRUM RANARUM CUM MERCURIO DUPLICATO, VEL QUADRUPLICATO.

EMPLASTRUM RUSTINGII.

℞. Lithargyrii Auri libras duas.

Olei Olivarum libras duas & semis.

Aquae communis q. s.

Coquantur ad Aquae consumtionem, sive ad debitam spissitudinem, spathula continuo agitando; sub finem adde

Cerae Citrinae libram mediam.

Terebinthinae Venetae.

Olei Laurini ana uncias quatuor.

Gummi Opoponacis uncias duas & mediam.

——— Galbani unciam unam & mediam.

——— Ammoniaci.

——— Bdellii.

Pulv. Rad. Aristolochiae Rotundae.

—— Sarcocollae.

—— Olibani.

—— Mastiches.

—— Myrrhae ana uncias duas.

Pulv.

Pulv. Aloës optimae unciam unam.
Camphorae uncias tres.
F. S. A. Emplastrum.

Emplastrum e Spermate Ceti.

℞. Cerae Albae uncias duas.
Spermatis Ceti drachmas duas.
Gummi Galbani, Aceto soluti, unciam dimidiam.
Olei Olivarum Q. s.
F. S. A. Emplastrum.

Emplastrum Stomachicum.

℞. Labdani uncias tres.
Thuris unciam unam.
Cinamomi.
Olei Macis Expressi ana unciam semis.
—— Still. Menthae drachmam unam.
Thuri liquefacto adde Labdanum, calore emollitum, deinde Oleum Macis, Cinamomum & Oleum Menthae. Ita simul in Mortario tepido contunde in massam, in vase clauso bene asservandam.

Emplastrum Vesicatorium.

℞. Picis Burgundicae uncias viginti.
Terebinthinae Venetae.
Cantharidum ana uncias sex.
Cantharides terantur in pulverem tenuissimum, Pici & Terebinthinae, simul liquefactis, addendum, ut fiat S. A. Emplastrum.

CERATUM.

Ceratum e Cumino.

℞. Cerae Flavae.
Emplaſtri Diapalmae.
Olei Olivarum.
Seminis Cumini, in ſubtiliſſimum pulverem redacti, ana uncias quinque.

Lente fundantur.
F. S. A. Ceratum.

CATAPLASMATA.

Cataplasma Discutiens.

℞. Radicis Bryoniae uncias tres.
Florum Sambuci unciam unam.

Coque ad teneritudinem, & magmati, contuſo & miſto, adde

Gummi Ammoniaci, Aceto ſoluti, ſemunciam.
Salis Ammoniaci crudi drachmas duas.
Spiritus Vini Camphorati unciam unam.

Miſce, fiat S. A. Cataplasma.

Cataplasma Emolliens.

℞. Avenae decorticatae unciam unam.
Farinae Lini recentis uncias duas.
Bulbor. Liliorum Albor. uncias tres.
Florum Althaeae unciam unam.

Cum

Cum Lacte recenti decoctis S. A. adde
Butyri insulsi uncias duas.
F. Cataplasma.

CATAPLASMA SUPPURATORIUM.

℞. Farinae Radicis Althaeae uncias quatuor.
Ficuum pinguium unciam unam.
Coctis cum aqua pura, & dein contusis adde
Galbani, Vitello Ovi unius soluti, semunciam.
Mellis.
Olei Chamaemelini ana unciam unam.
Farinae Lini Q. S.
Misce, fiat Cataplasma.

MASSA VESICATORIA.

℞. Cantharid. cum alis & pedibus Q. V.
Fermenti Panis secalini Q. S.
M. F. Massa. Fit etiam ex pulvere Cantharidum & Aceto.

SINAPISMUS.

℞. Fermenti acidi Panis uncias sex.
Rutae manipulum unum.
Semin. Sinapi contusi drachmas sex.
Salis Communis.
Aceti Vini ana unciam semis.
M. S. A.

AQUAE PER DESTILLATIONEM.

AQUA ABROTANI.
—— ABSINTHII.
—— ARBORIS VITAE.
—— BACCARUM JUNIPERI.
—— CERASORUM NIGRORUM.
—— COCHLEARIAE.
—— CORTICUM RECENTIUM AURANTIORUM.
—— —— CITREORUM.
—— FOENICULI.
—— FLORUM AURANTIORUM, *seu* NAPHAE.
—— —— CHAMAEMELI.
—— —— LAVENDULAE.
—— —— LILIORUM CONVALLIUM.
—— —— ROSARUM.
—— —— SAMBUCI.
—— —— TILIAE.
—— HYSSOPI.
—— LEVISTICI.
—— MAJORANAE NOBILIS.
—— MATRICARIAE.
—— MELISSAE.
—— MENTHAE.
—— —— AQUATICAE.
—— PULEGII.
—— RORISMARINI.
—— RUTAE.

AQUA SABINAE.
——— SALVIAE.

Herbis, vel Floribus, si haberi possint, recentibus, aliter sale conditis, nonnihil contusis, affundatur Aqua pura, ut emineat duos digitos; deinde, post macerationem aliquam, fiat Destillatio L. A. per Vesicam, alembico stanneo instructam, donec Aqua stillans non amplius lactescat, aut saporis odorisve fere expers fiat. Cavendum in primis empyreuma est. Vasa, in quibus asservantur, aliquandiu aperta relinquenda, antequam claudantur; neque ipsae Aquae, ut primum nauseosae, in usum revocandae sunt ante trium septimanarum spatium elapsum.

Quod si tempore hiberno aliter fieri nequeat, ex siccatis Herbis Floribusque Destillationem institueris.

Si fit, ut Oleum supernatet, diligenter abstrahatur. Denique omnibus his Aquis, quo melius conserventur, post Destillationem addi potest Spiritus Vini tenuioris pars circiter vicesima.

AQUA CARYOPHYLLORUM AROMAT.
——— CINAMOMI.

℞. Caryophyll. Arom., *vel* Cinamomi acuti libram unam.
Aquae simplicis pintas septem.
Spiritus Vini simpl. uncias sex.

Macerentur per dies sex, tum Destillatio fiat tamdiu, donec Aqua, per alembicum adscendens, non amplius albescat.

AQUA MENTHAE COHOBATA.

Aquam Menthae Destillatam *novae recenti Menthae de integro affunde, & Destillationem institue, post macerationem bidui. Idem tertium repete.*

Prostet, eodem modo parata,

AQUA COHOBATA MAJORANAE NOBILIS.
———————— PULEGII.
———————— RORISMARINI.
———————— RUTAE.

AQUA RORISMARINI FERMENTATA.

Roremmarinum recentem immitte in vas quernum, ad eam altitudinem, ut a superiori margine maneat spatium vacuum quatuor digitorum. Affunde illi Aquae tantum, quantum sufficit, ut vas repleat ad altitudinem, qua Rosmarinus in vase assurgit. Admisce dein octavam circiter partem Mellis, si hiems sit, si aestas, fere duodecimam. Tunc pone vas, operculo ligneo leviter tectum, in cista lignea, igne admoto fere graduum octuaginta; qui calor deinde, superdatis stragulis, perpetuus est conservandus. Incipiet secundo die fieri strepitus in liquore, cum bullis, spuma, halitu grato Rorismarini. Simulac haec Fermentatio perrexit quinque, vel sex dies, sive tamdiu, donec, prius elata, Herba incipiat subsidere ad fundum vasis; sufficit, atque adeo vas frigefaciendum, arctiusque obturandum est, ne avolent

lent partes, jam redditae magis volatiles. Denique reple Vesicam hac Herba & Liquore Fermentato ad duas partes tertias, & caute Destillationem in initio institue, ne spumescens ebulliensque liquor nimis promte adscendat; prodibit liquor penetrabilis, odoratus, sapidus, seorsum servandus a reliquo, qui postea succedit.

Paretur eodem modo

AQUA FERMENTATA MENTHAE.
——————— SABINAE.
——————— SALVIAE.

SPIRITUS SIMPLICES.

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS ET ALCOHOL.

℞. Spiritus Vini Q. V.

Destillet ad medias; erit

Spiritus Vini Rectificatus.

Qui, iterum tertiumque ad medias destillatus, praebet

Alcohol, vulgo dictum.

ALCOHOL ALCALISATUM.

℞. Cinerum Clavell. purissim. siccor. partes tres.
Spiritus Vini vulgaris partem unam.

In Cucurbita vitrea pura misce, concute. Quiescant aliquandiu, ut liquores rite se distinguant. Dein, vasis inclinatione, liquorem supernatantem effunde in

aliam Cucurbitam puram, ſiccam. Huic iterum immitte Salem Alcalinum fixum, ad ignem exſiccatiſſimum, calidum. Concute ſimul diu in Cucurbita clauſa. Si adhuc madeſcat Sal, iterum iterumque rem repete, donec non magis Sal diſſolvatur. Tum liquorem hunc in phialam altam Chemicam, puram, ſiccam, funde, eique adhuc parum Salis Alcalini adde, aridiſſimi, puriſſimi, fervidiſſimi; atque repone in loco, calido ad centum gradus, ſaepe concutiendo. Si demum Sal immiſſus ita nullo modo madeſcat, &, leni igne, ſemel fiat Deſtillatio ex Cucurbita, habetur Alcohol *purum.*

Spiritus Radicis Angelicae.

℞. Radicis Angelicae uncias quatuor.
Conſciſſis affunde
Spiritus Vini libras duas & ſemis.
Digerantur per biduum, &, leni igne, fiat Deſtillatio ad dimidiam partem, ex vaſe vitreo.

Spiritus Anisi.

℞. Seminis Aniſi uncias quatuor.
Spiritus Vini optimi uncias viginti.
Poſt debitam digeſtionem fiat Deſtillatio in B. M. ad uncias duodecim.
Simili paratur modo
Spiritus Levistici.

Spiritus Corticum Aurantiorum.
——— Citreorum.

℞. Corticum recentium Aurantiorum, *vel*
——— Citreorum libram unam & semis.
Spiritus Vini libras decem.
Fiat Destillatio S. A. ad partem dimidiam.

Spiritus Cochleariae.

℞. Foliorum Cochleariae recentium, parum consciss., libras sex.
Spiritus Vini libras novem.
Fiat Destillatio S. A. ex vitro ad dimidiam partem.

Spiritus Formicarum.

Colligantur Formicae Mense Junio, aut Julio, ut sufficiens copia habeatur; dein Spiritus Vini illis affundatur, ut tres digitos emineat, posteaque Destillatio instituatur.

Spiritus Juniperi.

Cum venalis prostat, commode haberi potest.

Spiritus Florum Lavendulae Simplex.

℞. Florum Lavendulae recentium uncias sex.
Spiritus Vini uncias triginta.

Destillet ex vitro ad partem dimidiam.
Eodem modo paratur

SPIRITUS ANTHOS.

SPIRITUS FLORUM LILIORUM CONVALLIUM.

℞. Florum Liliorum Convallium recent. uncias octo, *vel*
Eorundem, sale conditorum, uncias duodecim.
Spiritus Vini uncias triginta.
Fiat Destillatio in vitro ad tres quartas partes.

SPIRITUS MENTHAE.

℞. Herbae Menthae uncias octo.
Spiritus Vini uncias triginta.
Distillet ex vitro ad tres quartas partes.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Camphorae uncias duas.
Spiritus Vini Rectificati libras duas.
S. A. Misce, ut Camphora solvatur.

AQUAE ET SPIRITUS COMPOSITI.

AQUA ANHALTINA.

℞. Terebinthinae libram ſemis.
Thuris maſculi unciam unam.
Ligni Aloës uncias tres.
Caryophyllorum Aromaticorum.
Cinamomi acuti.
Cubebarum.
Florum Anthos.
Radicis Galangae Minoris.
Maſtiches.
Nucis Moſchatae ana drachmas ſex.
Croci Orientalis drachmas duas & ſemis.
Baccarum Lauri.
Seminis Foeniculi ana unciam ſemis.

Contuſa infundantur in
Spiritus Vini libras quinque,
Et, poſt digeſtionem ſex dierum, fiat Deſtillatio S. A. ad tres quartas partes.

AQUA MIRABILIS.

℞. Cinamomi uncias duas.
Cortic. exterior. recent. Citreorum,
Sem. Angelicae ana unciam unam.
Macis ſemunciam.

Menthae piperitidis uncias tres.
Spir. Vini Gall. pintas tres.

Digerantur per biduum, & fiat Destillatio ad pintas duas.

Aqua Paeoniae Composita.

℞. Florum Liliorum Convallium.
——— Tiliae.
——— Lavendulae.
——— Betonicae.
——— Paeoniae Feminae ana unciam unam.
Radic. Dictamni Albi unciam unam.
——— Paeoniae Maris uncias tres.
Seminis Paeoniae Maris.
——— Rutae ana drachmas sex.
Ligni Visci Querc. unciam semis.

Macerentur in Vini Hispanici libris quatuor per octo dies, dein fiat Destillatio in B. M. fere ad siccitatem.

Aqua Raphani Composita.

℞. Foliorum Cochleariae, Verno tempore collect. & mundat., libras duodecim.

Ex hisce contusis exprimatur succus, cui admisce

Succorum Becabungae.
——— Nasturtii Aquatici ana sesquilibram.
Radicis Raphani Rusticani libras duas.
——— Ari recentis uncias sex.

Cor-

Corticis Winterani.
Nucis Moſchatae ana uncias quatuor.
Flavedinis Corticis Citrei ſicc. uncias duas.
Spiritus Vini Gallici libras quatuor.
Fiat Deſtillatio ad libras octo.

Aqua Refrigerans, *ſeu* Claretum, sic dictum.

℞. Conſervae Roſarum Rubrarum unciam unam & ſemis.
——— Calendulae.
——— Violarum ana drachmas ſex.
Syrup. Vetonicae unciam unam.
Spiritus Sulph. per Campanam guttas xxxx.
Aquae coctae frigidae q. s.
Bene mixta in Mortario marmoreo, piſtillo ligneo, colentur per manicam Hippocratis, donec fiat Claretum pellucidum ad libras quatuor.

Aqua Valerianae Composita.

℞. Radic. Valerian. Silveſtr. ſesquilibram.
Seminis Leviſtici ſemilibram.
Foliorum Pulegii uncias quatuor.
Summit. Sabinae uncias duas.
Spiritus Vini pintas ſex.
Poſt bidui digeſtionem fiat Deſtillatio ex vaſe vitreo ad pintas tres.

AQUA VITAE MATTHIOLI.

℞. Cinamomi unciam unam.
Radicis Zingiberis.
——— Zedoariae ana unciam ſemis.
——— Galangae Minoris.
Caryophyllorum.
Nucis Moſchatae ana drachmas duas & ſemis.
Macis.
Seminis Cubebar. ana drachmam unam.
——— Cardamomi utriuſque.
——— Aniſi.
——— Foeniculi Dulcis.
——— Paſtinacae Silveſtris.
——— Ocymi.
Radicis Angelicae.
——— Caryophyllatae.
——— Calami Odorati.
Foliorum Calaminthae.
——— Menthae.
——— Pulegii.
——— Sclaraeae.
——— Thymi.
Florum Betonicae.
——— Roriſmarini.
——— Salviae.
——— Stoechadis.
Corticis Citrei.
Pulv. Arom. Roſacei ana drachmas tres.

Con-

Contusis & conscissis omnibus, atque Cucurbitae vitreae inditis, affunde

Spiritus Vini optimi libras duodecim.

Macerentur quatuordecim dies, & in B. M. S. A. fiat Destillatio ad medias.

AQUA VULNERARIA, GALLIS EAU D'ARQUEBUSADE.

℞. Foliorum & Rad. Consolidae Majoris.
——— Salviae.
——— Artemisiae.
——— Bugulae ana manipulos quatuor.
——— Betonicae.
——— Saniculae.
——— Bellidis.
——— Plantaginis.
——— Agrimoniae.
——— Verbenae.
——— Absinthii.
——— Foeniculi ana manipulos duos.
——— Hyperici.
——— Aristolochiae Longae.
——— Veronicae.
——— Centaurii Minoris.
——— Millefolii.
——— Nicotianae.
——— Menthae.
——— Hyssopi ana manipulum unum.

Conscissis & contusis affunde

Vini Albi pintas duodecim,

Et, post macerationem trium dierum in B. M., instituatur Destillatio ad partem dimidiam.

SPIRITUS ANTISCORBUTICUS DEKKERI.

℞. Radicis Raphani Rusticani unciam unam.
——— Angelicae drachmas tres.
Foliorum Cochleariae.
——— Scordii.
——— Menthae Crispae ana manipulum unum.
Seminis Foeniculi Dulcis.
Flavedinis Corticis Citrei recentis.
Corticis Winterani ana drachmas tres.
Salis Ammoniaci drachmam unam & semis.
—— Tartari drachmas tres.
Contusis & conscissis affunde
Vini Gallici.
Spiritus Vini ana pintas duas & semis.
Leni calore ex B. M. fiat Destillatio ad dimidiam partem.

SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII.

℞. Rad. Angelicae.
—— Galangae Minoris.
—— Ostrutii.
—— Zingiberis ana drachmam unam & semis.
Herb. Basilici.
—— Majoranae.
—— Rorismarini.

Herb.

Herb. Rutae Hortenſis.
Summitatum Centaurii Minoris ana manipulum ſemis.
Baccarum Lauri drachmas tres.
Sem. Angelicae.
—— Aniſi.
—— Leviſtici ana unciam ſemis.
Nucis Moſchatae.
Macis ana drachmam unam & ſemis.
Cinamomi acutiſſimi drachmas ſex.
Caryophyllorum.
Flavedinis Corticum Aurantiorum recentium ana drachmam unam.

Conſciſſis & contuſis paulum affunde
Spiritus Vini uncias quadraginta.

Digere per biduum in B. M., dein Deſtillatio fiat ad ſiccitatem fere.

Spiritus Cerasorum Nigrorum.

℞. Ceraſorum Nigrorum cum Nucleis, in Mortario marmoreo bene contuſorum, libras octo.

Affunde
Vini Gallici optimi pintas quatuor.
Spiritus Vini optimi pintas duas.

Fiat Deſtillatio, in vaſe vitreo, ad partem dimidiam.

Spiritus, seu Balsamum Embryonis.

℞. Nucis Moſchatae drachmas duas & ſemis.
Macis drachmam unam & ſemis.

Caryophyllorum.
Cinamomi electi.
Rad. Zingiberis.
—— Zedoariae ana drachmas duas.
—— Galangae Minoris drachmam unam.
Croci optimi drachmam unam & ſemis.

Flor. Roſarum Pallidarum. —— Liliorum Convallium. —— Paeoniae. —— Tiliae. —— Tunicae ana unciam unam	recentium.
Herb. Majoranae. —— Meliſſae. —— Salviae ana uncias duas.	recentium.
Corticum Aurantiorum. —— Citreorum ana uncias tres.	recentium.

Seminis Foeniculi drachmas tres.

Conſciſſis & contuſis affunde
Vini Malvatici, *vel* Hiſpanici pintas duas & ſemis.
Aquae Liliorum Convallium.
—— Florum Tiliae ana libras duas & ſemis.

Infundantur calide per octo dies, dein fiat Deſtillatio S. A. ad tres quartas partes.

Spiritus Galbani.

℞. Gummi Galbani crudi, puriſſimi, uncias quatuor.
Salis Tartari unciam unam.
—— Ammoniaci unciam ſemis.
Spiritus Vini optimi uncias triginta.

Sale

Sale Tartari & Ammoniaco seorsum contusis, omnibusque dein simul in Cucurbitam immissis, fiat Destillatio in arena ad siccitatem.

Spiritus Matricalis Burrhi.

℞. Mastiches.
Myrrhae.
Olibani.
Succini ana uncias duas.
Contusis affundantur.
Spiritus Vini Rectificati unciae viginti quatuor.
Digerantur spatio quatuor dierum, & postea fiat Destillatio S. A. ad tres quartas partes.

Spiritus Florum Lavendulae Compositus.

℞. Flor. recent. Lavendulae libras duas.
——————— Rorismarini libram unam.
Cort. recent. exter. Citreorum uncias tres.
Spir. Vini Rectificati pintas octo.
Fiat Destillatio in B. M. ad siccitatem fere. In Spiritum destillatum dein infunde per triduum
Cinamomi uncias tres.
Caryophyllorum Aromaticorum.
Cubebarum ana unciam unam.
Scobis Santali Rubri uncias duas.
Cola.

Spiritus, seu Aqua Melissae Magistralis, Gallis Eau des Carmes.

℞. Herbae Meliſſae Romanae recentis manipulos viginti.
Corticum Citreorum ſiccat. uncias octo.
Nucis Moſchatae.
Seminis Coriandri ana uncias duas.
Cinamomi.
Caryophyllorum ana drachmas ſex.
Spiritus Vini pintas ſex.
Vini Gallici pintas tres.
Poſt tridui digeſtionem fiat Deſtillatio S. A. ad medias partes.

Spiritus Mastichinus.

℞. Maſtiches elect. uncias octo.
Herbae Menthae uncias duas.
Caryophyllorum unciam unam.
Nucis Moſchatae unciam unam & ſemis.
Radicis Zedoariae uncias tres.
Craſſe contuſis affunde
Spiritus Vini optimi libras quatuor.
Aquae communis libras tres.
Fiat Deſtillatio S. A. ad tres libras, quibus adde
Spiritus Salis Ammoniaci unciam ſemis.
Miſce, & ſerva uſui.

Spiritus, seu Sal Volatilis Oleosus, et Aromaticus.

℞. Cinamomi electi unciam unam.
Macis.
Nucis Moschatae ana drachmas sex.
Caryophyllorum drachmas duas & semis.
Corticum recentium Aurantiorum.
——————— Citreorum ana uncias duas.
Seminum Cardamomi Minoris.
——— Cubebarum ana drachmas duas.
Spiritus Vini uncias quinquaginta.

Post macerationem sex dierum adde, seorsum in pulverem redactorum,

Salis Ammoniaci uncias tres.
Cinerum Clavellat. uncias sex.

Fiat Destillatio, in Vitro bene clauso, ad partem dimidiam. Cavendum, ne sal volatilis siccior, primo adscendens, Alembici inferiorem obturet partem; quod ubi fit, admoto ille igne solvendus est, cum vasis disruptio aliter in promtu est.

Acetum, seu Aqua Prophylactica.

℞. Radicum Angelicae.
——— Zedoariae ana unciam unam.
——— Petasitidis uncias duas.
Fol. Rutae Hortensis uncias quatuor.
—— Melissae.
—— Scabiosae.

Flo-

Florum Calendulae ana uncias duas.
Nucum Juglandium immaturarum, conſciſſarum, libras duas.
Pomorum Citreorum recentium, conſciſſorum, libram unam.

Omnibus contuſis in Mortario marmoreo affunde

Aceti Vini optimi, ad tres quartas partes ex arena in Cucurbita vitrea per ſe deſtillati, libras duodecim.

Digerantur per noctem, & mane deſtillent ex vaſe vitreo, igne cinerum leni, fere ad ſiccitatem, idque ſine uſtione.

OLEA PER DESTILLATIONEM.

OLEUM ABSINTHII.
——— BACCARUM JUNIPERI.
——— CARYOPHYLLORUM.
——— CAJAPOETI.
——— CAMPHORAE.
——— CHAMAEMELI.
——— CINAMOMI.
——— CORTICUM RECENTIUM AURANTIORUM.
——————— CITREORUM.
——— HYSSOPI.
——— KINKENEMALO.
——— FLORUM LAVENDULAE.
——— LIGNI RHODII.
——————— SASSAFRAS.

OLEUM

OLEUM MACIS.
——— MAJORANAE.
——— MENTHAE.
——— NUCIS MOSCHATAE.
——— ORIGANI CRETICI.
——— PULEGII.
——— RORISMARINI.
——— RUTAE.
——— SABINAE.
——— SEMINIS ANISI.
——————— CARUI.
——————— CUMINI.
——————— FOENICULI.
——— SPICAE HORTENSIS.
——— TANACETI.

Omnia haec Olea ex Vesica destillare debent. Herbae autem aliae, quae semper virentes, possunt recentes, aliae melius aliquandiu siccatae adhiberi, aliae demum praeviam requirunt, vase clauso, digestionem, cum Sale Marino addito, (cujus semiuncia fere singulis sufficit libris aquae) si nempe pertinacius olea retineant, vel mucilagine devinciant; quo facit & levis fermentatio. In primis Ligna dura diu digeri cum aqua salsa, & deinde cum muria Salis Marini committi Destillationi debent. In Destillatione ipsa curandum, ut quam promtissime statim materies ebulliat, satisque fortiter destillet. Praestat autem, Herbam cum Aqua sua stillatitia propria digeri, & hanc destillare, cum haec ipsa, olei jam dives, majorem faciet copiam prodire. Si fit, quod potissimum

in Seminibus incommodum est, ut nimis abundans copia defluentis olei, in serpente refrigerati, hunc obturet, atque adeo Aqua & Oleum subsistant, summum, ne instrumenta displodantur, periculum avertas, alembicum mox tollendo, inque serpentem aquam ebullientem infundendo, qua Oleum solvatur. Alia Olea in aqua supernatant, alia, ut Caryophyllorum, Cinamomi, Sassafras, fundum petunt, aqua graviora. Separatio fit Oleorum ab Aqua filtro ex charta bibula, quae aqua madescit; fit inclinatione vasis vitrei, collo longo cylindrico, ora suprema repanda; fit vitro, quod Separatorium dicunt. Separata servantur in vasis vitreis, puris, parvis, epistomio vitreo claudendis, nec citra necessitatem aperiendis, ne spiritus exhalet.

Caeterum Olea quaedam ex Indiis adferuntur, quae comparari aliter non possunt.

Oleum Cerae.

℞. Cerae optimae Q. V.

Scindatur in fragmenta parva, iisque dimidia pars repleatur Retortae patulae, altera dimidia dein arena purissima. Calescat Retorta lente, donec Cera liquescens arenam satis imbiberit. Tum fiat Destillatio in arena per gradus. Exibit aqua acidula, quae ubi stillare desinit, mutato Recipiente, & igne magis aucto, ut demum fortissimus sit, Oleum ascendet, & integra tandem massa Cerae, instar Butyri concrescens in excipulo. Quod Butyrum liquescat

leni

leni igne, inque Retortam vitream, prius calefactam, immittatur, ut dimidia pars repleta sit. Ita, Recipiente adaptato, destillet ex arena prudenter, donec omne Butyrum denique ascenderit. Quod si saepius similis repetatur Destillatio, Oleum tenuius, magis pellucidum erit, & magis penetrabile.

OLEUM, SEU BALSAMUM ANODYNUM GUIDONIS.

℞. Tacamahacae tritae.
Terebinthinae Venetae ana partes aequales.

Mista indantur in Retortam, ut ad tertias impleta sit, & fiat Destillatio, igne gradatim aucto. Oleum rubrum, sive Balsamum S. A. separetur a phlegmate.

OLEUM LATERUM, SEU PHILOSOPHORUM.

℞. Laterum, aut Tegularum, rufarum, antiquarum, Q. V.

Confractos, & vehementer candefactos exstinguito in Oleo claro veteri.

Quo imbutos, inque pulverem redactos, in Retortam indito, itaque, igne aperto, destillando, extrahatur Oleum.

Oleum Terebinthinae.

℞. Terebinthinae nativae, puriſſimae, Q. V.

In fictili calefactam, ut inſtar aquae liqueſcat, effunde in Retortam, prius etiam calefactam, ut ventris duae partes tertiae repletae ſint. Tum prudenter ignem admove, poſtea ſenſim per gradus augendum; prodibit liquor limpidus, tenuis, aquam ſimulans, cui Oleum innatat leve, purum, aethereum Terebinthinae. Si diutius pergas, Oleum tandem fit craſſius, rubrum, lenteſcens. Atque tum in fundo Retortae materies dura, friabilis, relinquitur, quae Colophonia.

Quod in Officinis Oleum Terebinthinae vulgo habetur, adjecta aqua magis dilutum eſt.

BALSAMUM EX OLEIS STILLATITIIS.

Balsamum Antapoplecticum.

℞. Olei Nuciſtae expreſſi, in Spiritu Vini Rectificato tamdiu digeſti, donec non amplius tingatur, unciam unam.
—— Cinamomi.
—— Lavendulae.
—— Ligni Rhodii.
—— Menthae.
—— Caryophyllorum ana guttas viginti.
Balſami Peruviani.
Opobalſami ana guttas triginta.

F. S. A. Balſamum.

TINCTURAE SIMPLICES.

TINCTURA CASTOREI.
——— CATECHU.
——— COCHINELLAE.
——— CORTICUM AURANTIORUM.
——————— CASCARILLAE.
——————— CASSIAE LIGNEAE.
——————— CINAMOMI.
——————— KINAE KINAE, *ſeu* PERUVIAN.
——————— LIGNI SASSAFRAS.
——— FLORUM CENTAURII MINORIS.
——————— CROCI.
——————— HYPERICI.
——————— LAVENDULAE.
——— OPII CRUDI.
——— RADICUM GENTIANAE.
——————— HELENII.
——————— RHABARBARI.
——————— SERPENTARIAE VIRGINIANAE.
——————— VALERIANAE SILVESTRIS.
——————— VERATRI NIGRI.
——————— ZEDOARIAE.
——— SEMINIS CARDAMOMI MINORIS.
——— SUMMITATUM ABSINTHII.

℞. Quorumvis horum unciam unam.
Spiritus Vini ſimplicis uncias decem.

Digerantur in phiala alta Chemica, calore moderato, ad sufficientem Tincturae extractionem, quae deinde decoletur.

TINCTURA ASAE FOETIDAE.
———— BENZOES.
———— CORTICIS WINTERANI.
———— LIGNI GUAJACI.
———— RADICUM CONTRAIERVAE.
———————— JALAPPAE.
———————— NINZING.

Parentur eodem modo cum
Spiritu Vini Rectificato.

TINCTURA CORALLORUM.

℞. Sacchari Conoïdei unciam unam.
Corallorum Rubrorum, pulverat. uncias duas.

In pulverem redacta tenuissimum, atque mista, super lenem ignem continuo agita in massam, absque ustione, cui dein affunde
Spiritus Vini Rectificati uncias decem.

Post aliquot dies cola.

TINCTURA LACCAE.
———— MYRRHAE.
———— SUCCINI.

℞. Laccae, a baculis separatae, *vel*
Myrrhae, *vel*
Succini unciam dimidiam.
Olei Tartari per Deliquium unciam unam.

Terantur accuratissime in Mortario vitreo in pultem, quae in vitro ad lenem ignem exsiccetur, dein iterum

rum liquescat in aëre, & siccetur rursum; quod ubi ter factum, ultimo exsiccatae affunde pulticulae
Alcohol. Alcalisati uncias quinque,
Et in alta phiala, spatio bihorii, leniter ebulliant. Denique Tinctura decolata servetur usui.

TINCTURA THERIACALIS SIMPLEX.

℞. Theriacae Andromachi uncias quatuor.
Spiritus Vini uncias quadraginta.
Post digestionem debitam Spiritus decoletur, usui servetur.

TINCTURAE COMPOSITAE.

ATRAMENTUM.

℞. Gallarum Quern. libram unam.
Gummi Arabici.
Vitrioli Vulgaris ana libram semis.
Aquae Pluvialis pintas sex.
Aceti Vini pintas duas.
Mista quatuordecim dies in fictili digerantur ad ignem, vel soli exposita, interdum agitando.

TINCTURA ANODYNA, SIVE LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI.

℞. Opii uncias duas.
Croci Britannici unciam unam.
Cinamomi.

Caryophyllorum ana drachmam unam.
Vini Hiſpanici libram unam.

Digerantur tepide in arena, ſpatio tridui, aut quatridui, deinde Tinctura decoletur, & uſui ſervetur.

TINCTURA ANTIEPILEPTICA.

℞. Rad. Paeoniae Maris ſiccatar. libram ſemis.
—— Angelicae.
—— Fraxinellae.
Fol. Origani.
—— Rutae.
—— Salviae ana uncias duas.
Flor. Paeoniae Feminae. (recentium.)
—— Betonicae. (recentium.)
—— Liliorum Convallium. (recentium.)
—— Roriſmarini. (recentium.)
—— Tiliae. (recentium.)
Sem. Ammios Orientalis.
—— Nigellae ana unciam ſemis.
—— Paeoniae uncias duas.
Caſſiae Ligneae.
Caryophyllorum.
Seminis Cardamomi Minoris.
Nucis Moſchatae.
Olei Vitrioli ana drachmas duas.

Conſciſſis, & parum contuſis affundantur
Spiritus Vini Gallici librae decem.

Digerantur calide per octiduum in vaſe bene clauſo, dein Colatura ſervetur uſui.

TIN-

Tinctura Aperiens.

℞. Rad. Galangae Minoris.
—— Gentianae ana unciam ſemis.
Fol. Dictamni Cretici.
Herb. Sabinae ana pugillum unum.
Croci drachmam unam.
Fuliginis.
Gummi Aſae Foetidae.
——— Galbani.
Caſtorei optimi ana drachmas tres.
Seminis Leviſtici unciam ſemis.
Salis Tartari uncias duas.
Craſſe contuſis affunde
Spiritus Matricalis uncias triginta.
Digerantur ſimul in loco calido, vaſe bene obturato, quo diutius, eo melius. Tincturae decolatae addantur
Tincturae Myrrhae unciae duae.

Tinctura Asthmatica.

℞. Myrrhae electae drachmas duas.
Florum Benzoin drachmam unam.
Succi Glycyrrhizae inſpiſſati unciam ſemis.
Balſami Peruviani drachmas duas.
Olei Stillat. Aniſi drachmam ſemis.
Opii puri ſcrupulum unum.
Salis Tartari unciam ſemis.
Spiritus Vini Rectificati uncias viginti quinque.

Digerantur per aliquot dies, deinde vero addantur
Mellis optimi unciae quatuor.
Tinctura Croci uncia semis.
Digerantur iterum per horas aliquot, dein Tinctura decoletur.

Tinctura Cantharidum.

℞. Cantharidum contusarum drachmas duas.
Cochinellae drachmam dimidiam.
Spiritus Vini sesquilibram.
Post digestionem decola per chartam.

Tinctura Fuliginis.

℞. Fuliginis ligni uncias duas.
Asae Foetidae unciam unam.
Spiritus Vini libras duas.
Post digestionem Tincturam decola.

Tinctura Hydragoga.

℞. Rad. Jalappae resinos. uncias duas.
—— Hellebori Nigri unciam semis.
—— Mechoacannae.
Scammonii ana drachmas sex.
Cinamomi drachmas duas.
Macis drachmam unam.
Contusis affunde
Spiritus Vini Rectificati uncias sexdecim.
Digerantur in arena, modico calore, & Tinctura filtrata exhibeatur usui.

Tinctura Hysterica.

℞. Rad. Bryoniae ſiccatarum uncias duas.
Baccarum Sambuci uncias quatuor.
Fol. Artemiſiae.
—— Dictamni Cretici.
—— Matricariae.
—— Nepetae.
—— Ocymi.
—— Pulegii.
—— Rutae.
—— Sabinae ana unciam ſemis.
Corticum Aurantiorum exteriorum, ſiccatorum, unciam unam & ſemis.

Conſciſſa macerentur, ſpatio octo dierum, in
Spiritus Vini libris quatuor.

Colaturae adde
Myrrhae electae, in ſubtiliſſimum pulverem redactae.
Caſtorei ana drachmas tres.
Croci drachmam unam.

Digerantur rurſum per duodecim dies. Colatura ſervetur in lagena probe obturata.

Tinctura Jalappae Corroborans.

℞. Radicum Jalappae reſinoſ. uncias tres.
Corticum Citreorum unciam unam.
———— Cinamomi unciam ſemis.
Seminis Aniſi ſcrupulos quatuor.
Spiritus Vini Rectificati uncias ſexdecim.

Extrahatur S. A. Tinctura.

TINCTURA MELAMPODII.

℞. Radic. Hellebori Nigri sesquiunciam.
——— Calami Aromatici uncias duas.
——— Galangae unciam semis.
Croci drachmam unam & semis.
Seminis Cardamomi Minoris drachmas tres.
Vini Albi Hispanici libras quatuor.

Macerentur, vase clauso, viginti quatuor horas, in loco tepido, dein frigide quiescant per quinque dies; tandem cola, & exprime.

TINCTURA SACRA.

℞. Aloes Socotrinae, tritae, unciam unam.
Radic. Serpentariae Virginianae.
——— Zingiberis ana drachmam unam.
Cochinellae scrupulum unum.
Vini Albi Hispanici sesquilibram.

Per triduum, vel amplius macerentur, subinde agitanda; denique decola.

VINUM HIPPOCRATICUM.

℞. Vini Rhenani, vel Rubri, optimi, pintas sexdecim.
Cinamomi acutissimi uncias decem.
Caryophyllor. Aromat.
Rad. Zingiber. ana drachmam unam.
Seminis Cardamomi Minor. decort. scrupulum unum.
Sacchari Conoïdei optimi libras tres.
Lactis Vaccini Q. S.

Post

Post debitam tridui infusionem coletur L. A. per manicam densam Hippocratis, ut fiat Vinum limpidissimum.

ELIXIRIA.

ELIXIR ANTINEPHRITICUM.

℞. Sem. Anisi Stellat. unciam unam.
Cochinellae drachmas sex.
Vainigliae unciam unam.
Spiritus Vini uncias viginti.
F. L. A. Elixir.

ELIXIR ASTHMATICUM.

℞. Fol. Melissae.
—— Tussilaginis.
Flor. Tussilaginis ana manipulum semis.
Rad. Serpentariae Virg. unciam unam.
Conscissa infunde per triduum in
Spiritus Vini uncias viginti.
———— Rectificati uncias decem.
Vini Canarini uncias triginta.
Deinde adde
Cinamomi acuti drachmam unam.
Macis drachmam semis.
F. S. A. Destillatio ex arena.
℞. Spiritus hujus, ita destillati.
Syrupi Capillorum Veneris ana partes aequales.

Mista iterum iterumque per chartam decolentur, donec liquor transeat limpidissimus, cui demum adde
Tincturae Croci drachmam unam.

Elixir Proprietatis, cum Alcali Paratum.

℞. Aloës.
Croci.
Myrrhae ana unciam unam.
Irrorentur, in phiala alta Chemica,
Oleo Tartari per Deliquium,
Ut materia humida fiat instar pultis, cui post viginti quatuor horas affundantur
Spiritus Vini Rectificati unciae triginta.
Digerantur tepide per quatuordecim dies, dein Elixir decoletur, & usui servetur.

Elixir Hystericum.

Fit, adjiciendo Elixiri huic, cum Alcali parato,
Galbani unciam unam.
Fibrarum Radicis Angelicae unciam semis.

Elixir Proprietatis, cum Acido Paratum.

Fit, si Aloës, Croci *&* Myrrhae *eadem quantitas praescripta sumatur, iisque, loco Spiritus Vini Rectificati,* Acetum Stillatitium *affundatur, omisso Liquore Tartari.*

Elixir Salutis.

℞. Radicum Enulae Campanae unciam dimidiam.
——— Glycyrrhizae, unciam unam.
Foliorum Senae mundatorum uncias quatuor.
Paſſularum Corinthiacarum libram dimidiam.
Seminum Aniſi.
——— Coriandri.
——— Foeniculi ana unciam mediam.
Ligni Guajaci unciam unam.
Spiritus Vini.
Vini Malvatici ana pintas duas.
Digerantur per duas ſeptimanas, dein Tinctura decoletur, & uſui ſervetur.

Elixir Stomachicum.

℞. Rad. Gentianae uncias duas.
—— Serpentariae Virgin. ſemunciam.
Corticum Aurantiorum Hiſpan. unciam unam.
Cochinellae ſemidrachmam.
Spiritus Vini libras duas.
Poſt digeſtionem tridui decola.

Elixir, Viscerale Hoffmanni dictum.

℞. Rad. Gentianae unciam unam.
Flaved. Cortic. Aurantior. uncias duas.
Salis Tartari drachmas tres.
Vini Canarini libras duas.

Di-

Digerantur in Balneo Mariae, dein Tincturae decolatae admisce

Extracti Centaurii Minoris.
——— Chamaemeli.
——— Gentianae ana drachmas tres.

Iterata digestione Extracta dissolvantur; demum puro liquori adde

Olei Stillat. Macis.
——— Rorismarini, utriusque Saccharo excepti, ana scrupulum unum.

Usui servetur.

Si unciis duabus hujus Elixiris una drachma Liquoris Anodyni Mineralis *admisceatur, dicitur*

Elixir Viscerale Anodynum Hoffmanni.

Elixir Vitrioli.

℞. Spiritus Vini Rectificati libras duas.

Paulatim instilla

Olei Vitrioli uncias sex.

Post digestionem tridui, calore lenissimo, adde

Cinamomi sesquiunciam.
Zingiberis unciam unam.
Fol. Menthae piperitidis siccat. semunciam.

Iterum digerantur per triduum, eodem calore, dein Elixir decoletur.

NB. *Omnes Spiritus, Tincturas, Elixiria, & caeteras praeparationes, ad quas Spiritus Vini requiritur, cum nullo alio, quam cum* Spiritu Vini Gallici *praeparare licitum erit, nisi alius nominatus fuerit.*

RE-

RESINAE.

Resina Jalappae.

℞. Tincturam Radicis Jalappae, resinosae, Alcohole puro paratam.

Ex Cucurbita, leni igne, spissetur, ut quarta modo pars supersit. Inspissatam infunde in vas purum, humile, lati orificii, in quo aquae purissimae duodecuplum inest. Mox turbatur mistura, & albescit. Tum, alembico imposito, destillet Alcohol superstes, igne lenissimo arenae. Remanens in fundo aqua abjiciatur, atque resina, in massam collecta, aliquoties aqua nova, renovata, frigida, abluatur, siccata demum in vase puro, sicco, asservanda.

Eodem modo paratur

Resina Agarici.

——— Guajaci.

——— Scammonii.

Resina Corticis Peruviani.

℞. Corticis Peruviani optimi libras duas.

In pulverem tenuem contuso, inque Cucurbitam vitream immisso, affunde

Spiritus Vini Rectificati pintas tres.

Clauso vase, fiat digestio per quinque, vel sex dies, atque postea Spiritus, leni igne, destillet, evitato empyreumate. Tum massam, ex vase effusam, inque pannum lineum, atque densum, collectam, prelo, &

laminis ferreis calefactis fortiter comprime, ut omnis Spiritus, qui Resinam continet, exprimatur, sedulo servandus. Magma residuum iterum in affuso Spiritu Vini Rectificato digeratur, & post similem Destillationem, eodem modo comprimatur, privetur omni humido. Deinde vero utramque hanc Tincturam, commistam, quiete depuratam, in Cucurbitam immissam, & magna aquae communis copia dilutam, leni Destillationi committe, ut omnis Spiritus auferatur, simili usui, aliisve reservandus. Resina, in fundo relicta, toties aqua frigida abluatur, ut insipida haec, & excolor remaneat.

Si Resinam denuo in Spiritu Vini Rectificati dissolvas, atque dein exsicces igne modico, fragmenta nitidiora acquiruntur.

PRAEPARATIO PER SUBLIMATIONEM, ET DELIQUIUM.

FLORES BENZOES.

℞. Benzoes, pulverat. Q. s.

Inde in Cucurbitam terream, eamque, cono chartaceo circumligatam, in arenam impone; ita, leni igne, Flores *in conum ascendent, ipso subinde mutato, colligendi.*

Flores Salis Ammoniaci, Sulphuris, alii, suis quique classibus adscripti sunt.

OLEUM, SEU LIQUOR MYRRHAE.

℞. Myrrhae, pulveratae, Q. s.
Indatur in
Albumina Ovorum, ad duritiem cocta,
Quae, in loco humido reposita, Myrrham solutam depluent, seu liquorem oleosum.
Oleum Tartari per Deliquium, & Liquorem Nitri Fixi in Tartari & Nitri Praeparationibus invenias.

S A L E S.

SAL ACETOSAE NATIVUS, SEU ESSENTIALIS DICTUS.

℞. Acetosae Hortensis, adultae, copiam sufficientem.
Aqua ablutam, conscissam, contusam, prelo, inter lintea pura, fortissime exprime, atque succum expressum, sextuplo Aquae Pluviae dilutum, deinde per conum lineum iterum iterumque transfunde, ut tenuis sit, purus, limpidus. Ita defecatus, leni ebullitione, spissetur in spissitudinem cremoris lactis, atque postea in vas vitreum immittatur, affundatur paulum Olei Olivarum puri, ita demum reponatur in cella, quietus, per menses aliquot. Nascentur sub Oleo crystalli ad latera & fundum vasis, aqua frigida demum abluendae, super chartam exsiccandae.
Similis Sal ex Becabunga, Cichorio, Fumaria, Gramine, Nasturtio Aquatico, aliis, parari potest.

Sal Absinthii Fixus, ex Cineribus Paratus.

℞. Abſinthii, ſiccati, Q. V.

In faſcem collectum, accende ſuper pavimentum, de lateribus planis confectum, in aere aperto, ut vivis flammis comburatur, agitando virga ferrea. Collecti cineres cum quadruplo Pluviae ebulliant; dein lixivium, ut quievit per ſemihoram, limpidum, iterato percoletur per linteum denſum, ut tranſeat limpidiſſimum; quod in olla ferrea, munda, ebulliat deinde, & evaporetur ad ſiccitatem. Cavendum, ut cochleari ferreo continuo agitetur, ne Sal vel ollae accreſcat, vel rareſcens maſſa ſupra eam evagetur. Habetur Sal albus, ſatis purus, alcalinus, in lagena vitrea, probe claudenda, reſervandus.

Sal hic ex Geniſta, Sabina, *aliis Herbis, aeque paratur. Quum vero propriam virtutem Herbae omnino perdunt, parum refert, quaenam eligatur. Hinc viles conveniunt* Stipites Fabarum, *conveniunt* Sarmenta Vitis putatae, *quae in primis Salem abundantem largiuntur.*

Sal Stipitum Fabarum, more Tacheniano Paratus.

℞. Stipitum Fabarum, recentium, leviter ſiccator. Q. V.

Immiſſos in ſartaginem ferream, & lamellis ferreis rite tectos, & compreſſos, ut aeris acceſſus, atque adeo flamma noxia impediatur, hinc ſuffocatos, lento

igne

igne combure, in nigerrimos carbones aequabiliter; deinde vero, igne aperto, ita ustulatos, & virga ferrea perpetuo motos, sine ulla omnino flamma, redige in cineres, ubique albos. Qui cineres, ut una adhuc, vel altera hora supra ignem canduerunt, cum sextuplo purae Pluviae ebulliant: postea lixivium fervidum percoletur, limpidumque demum exhalet, in vase puro ferreo, ad siccitatem. Erit Sal subfuscus, oleosus, in aere sensim liquescens.

Potest, ut magis purus reddatur, iterum in crucibulo fundi, effundi tandem in formam tabellarum. Neque refert, quaenam Herba ad hanc operationem seligatur, cum vis plantae igne dispellitur.

TARTARI PRAEPARATIONES.

Cremor, et Crystalli Tartari.

℞. Tartari Albi, puri, pulverati, Q. V.

Ebulliat, in vase purissimo, fictili, cum Aquae vigecuplo; assiduo inter ebulliendum pellicula in superficiem ejicietur, quae, ut nascitur, rudicula lignea continuo collecta, superque chartam bibulam exsiccata, Cremor Tartari *nominatur, in vase vitreo servandus. Sin autem Tartarus ita decoquatur, ut in aqua penitus dissolutus fuerit, tumque ebulliens adhuc liquor subito in vas purum, ligneum, transfundatur, absque faecibus admistis, ilico crusta formabitur ad omnes partes vasis, in glebulas concrescens, quae* Crystalli Tartari *sunt, seorsum legendae, siccandae leniter, servandae.*

Sal, a Seignette descriptus.

℞. Sodae, ex Herba Kali paratae, libram unam.
Solve in Aquae ferventis libris tribus, dein solutioni, decolatae, fervidaeque, injice, in vase vitreo, per vices Cremorem, *vel* Crystallos Tartari, *in pulverem redactas, donec ebullitio demum cesset. Deinde liquor percoletur, lene igne evaporetur, ut pellicula appareat, tandem in cella reponatur, ut crystalli producantur.*

Sal Tartari.

℞. Tartari crudi, Albi, vel Rhenani, Q. V.
Illiga in charta emporetica, eamque, undique madefactam, in foco, sive igne satis valido, ita pone, ut undique cingatur igne luculento, qui deinde sponte exstinguatur. Remotis cineribus collapsis, adhuc calidis, reperietur in fundo massa alcalina, salina, in unam glebam coacta. Haec solvatur aqua, percoletur, exsiccetur in olla, pura, ferrea. Demum, ut Sal magis purus, fortiorque habeatur, iterum in crucibulo fundatur, igne vehementi, dein, effusus in Mortarium, citissime pulveretur, calensque mox in phialam calidam, siccam, immittatur, curatissime claudendam.
Paratur etiam Sal Tartari *Destillatione Tartari, magis abundans, quam modo altero.*

Oleum Tartari per Deliquium.

℞. Salis Tartari Q. V.

In loco humido, aeri exposito, sponte solvitur in liquorem, qui, defluens per manicam Hippocratis, inque vase vitreo exceptus, dat Oleum Tartari per Deliquium.

Tartarus Solubilis.

℞. Cryſtallorum Tartari Q. V.

Coque ad perfectam solutionem in Aquae purissimae decuplo, & solutioni, adhuc bullienti, paulatim instilla

Olei Tartari per Deliquium Q. S.,

Id est, donec cesset ebullitio. Liquor deinde, calidus adhuc, filtratus, evaporetur ad pelliculam, ut crystalli in frigore concrescant.

Sapo Starkeyanus.

℞. Salis Tartari, purissimi, acerrimi, Q. V.

Fervidum adhuc ab igne in Mortario ferreo, calido, mundo, tere in pulverem tenuem, pistillo ferreo; mox immitte in purissimum, calidissimum, vitrum urinale, ac desuper instilla Oleum Stillatit. Terebinthinae, aethereum, valde calidum, guttatim; cum fumo, & sibilo trahetur Oleum in Salem. Instillatio continuetur ocyssime, donec Oleum purum supernatet. Deinde vas reponatur in loco subterraneo, charta tectum; brevi Oleum disparebit. Iterum aliquid

Olei

Olei calidi affundatur, & baculo ligneo misceatur priori massae. Reponatur, ut prius; pergatur, donec triplum fere Olei Sali sic adunatum sit. Erit massa aequabilis, saponacea, quae, quo magis conteritur, atque movetur, eo melior habetur. Cognoscitur, bene absolutum opus, quando parum hujus Saponis Aquae miscetur sine Olei nota.

SAPO AMYGDALINUS.

℞. Lixivii, ex Salis Tartari, sive Cinerum Clavellat. partibus duabus, Calcis Vivae parte una, cum quadruplo affusae Aquae coquendo, & dein per chartam transcolando, parati, Q. V.

Olei Amygdalarum Dulcium, recens expressi, Q. V.

Mista lente coque, leni admodum igne, bene movendo, donec, difflata sensim aqua, incipiant optime inter se coire. Perge coquere, & inter coquendum affunde tantum vel Lixivii, vel Olei, ut natum inde compositum postea in aqua perfecte dilui queat, absque ullo apparente Oleo, & tamen gustatum nihil alcalici exhibeat, inque aere sine deliquio spontaneo consistat. Si liquor coquendo nimis mucilaginosus fiat, Sal Marinus admiscetur. Coctio protrahitur, donec massa obtineatur, in frigore constans solida duritie, quod videas, pauculum illius frigido lapidi imponendo, si debita consistat forma solidi. Habetur perfectus Sapo.

TARTARUS REGENERATUS, SIVE TERRA FOLIATA TARTARI.

℞. Salis Tartari, acerrimi, puriſſimi, ſicci, Q. V. *Aſſunde, in vaſe vitreo, puro, amplo, anguſtioris colli,* Acetum Stillatitium, *forte, donec Sal eo fere opertus ſit. Concute diu, valideque ſimul, incipit quaedam ebullitio oriri. Aſſunde iterum Acetum, tertiumque, & vas concute, ingens fervor naſcitur, ſpuma, ſibilus. Perge aſſundere uſque ad ſaturationem Alcali, quae habetur fere, aſſuſis quatuordecim partibus Aceti ratione Salis. In primis circa finem miſtum, bene calefactum, diu, & valide agitetur, ut de ſaturatione conſtet, aſſuſo tandem adhuc pauco Aceto, unde in calore haud ultra efferveſcit. Tum reponatur liquor in calore, ſpatio nycthemeri, limpidusque, a faece nata purus, denuo agitatus, & pauculo adhuc Aceto inſtillato nullam ebullitionem denotans, ex Cucurbita per Alembicum deſtillet, prodit aqua pura, ſimplex; in vaſe relinquitur liquor fuſcus, niger tandem, ſpiſſus, pinguis: cui, ut de integro conſtet, ſaturatum eſſe, pauculum Aceti admiſceatur, aequilibrium quaeratur. Denique liquor hic quiete a faece ſeparetur, lenique deinde igne omnis aqua educatur, donec in fundo ſuperſit maſſa ſalina, ex nigro rubra, ſapore ſaponaceo; qui Sal* Tartarus Regeneratus *dicitur. Si denique hic, leni valde igne, prudenter exſiccetur, maſſam refert, ex lamellis quaſi conſtantem, inſtar Talci, quae in calore mox diffluit in*

Oleum pingue, in frigore iterum lamellarum forma concrescit. Vocatur Terra Foliata Tartari, *in vitro, rite clauso, asservanda.*

Hic Sal, aeri expositus, additisve paucis aquae guttis, liquescit, atque dicitur

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI.

TINCTURA TARTARI CUM VINO.

℞. Tartari Rhenani Crudi.
——— Calcinati ad nigredinem ana libram semis.
Salis Tartari uncias tres.

Contusis in pulverem affunde cochleatim
Vini Rhenani ferventis pintam unam.

Digerantur biduum calore modico, dein Tinctura decoletur.

TINCTURA SALIS TARTARI HARVEANA.

℞. Salis Tartari, nigerrimi, qui superest a Destillatione Tartari, Q. V.

Huic, in Mortario fervido ferreo, pistillo fervido, cito in pulverem contuso, inque phialam altam vitream immisso, affunde Spiritum Vini *optimum, ut supernatet quatuor digitos. Coque ita, leni igne, per viginti horas. Habetur liquor niger, tenuis, amarus, qui purus effundatur, inque vase clauso conservetur.*

TIN-

TINCTURA TARTARI REGENERATI.

℞. Tartari Regenerati, rite praeparati, quantum fieri tuto poteſt, ſicciſſimi, Q. V.

In phiala alta Chemica affunde Alcoholis *puriſſimi ſextuplum, & coque, leni igne, prudentiſſime. Poſtquam deinde per quietem faeces ſubſederunt, prudenti vaſis inclinatu defluat ſupernatans, purusque liquor, poſtea, igne leniſſimo, deſtillando cogendus ad dimidias.*

FULIGINIS PRAEPARATIO.

FULIGINIS AQUA, SPIRITUS, SAL, OLEUM.

℞. Fuliginis nigerrimae, ſicciſſimae, ex camino piſtorum, tempeſtate ſicca, collectae, Q. V.

Ingentem Retortam vitream ea reple, applica ingens excipulum, purum, vitreum, lutum adapta vulgare ex farina Lini. Tum ignem inſtrue centum & quinquaginta graduum, prodibit cum impetu Aqua pellucida, copioſa; eumque ſuſtine, quamdiu prodeat. Aqua hac deinde ablata, applica denuo excipulum, & ignem incita, exibit Aqua lactea, pinguis, copioſa. Et hac ſeorſum ſervata, tertiumque excipulo mutato, acrius focum inſtrue, aſcendet Sal flavus, volatilis, copioſus, undique excipulo accreſcens. Denique, igne validiſſimo arenae, eodemque ſuppreſſionis, Oleum elevatur atrum, craſſum. Demum om-

nia refrigerentur ſponte ſua, in fundo haerebit faex nigra, cruſta, referente Salem Ammoniacum, obtecta. Quae ſecunda vice prodiit, deſtillata Aqua lactea dat Spiritum Volatilem, *valde penetrantem, & aliquid Salis oleoſi, volatilis, acris.*

CALCIS VIVAE PRAEPARATIONES.

AQUA CALCIS.

℞. Calcis Vivae Leodienſis libram unam.
Infunde in Aquae communis libras ſex per 24. horas, tunc decoletur liquor, & ſervetur.

AQUA PHAGEDAENICA.

℞. Aquae Calcis Vivae libram unam.
Mercurii Sublimati Corroſivi ſcrupulum unum.
Miſceantur.

AQUA SAPPHIRINA.

℞. Aquae Calcis Vivae libram unam.
Salis Ammoniaci ſeſquidrachmam.
Poſt ſolutionem retine in pelvi aenea, donec appareat color ſapphirinus, deinde cola.

Ruptorium, vel Causticum commune, Potentiale dictum.

Paratur ex Lixivio, quod ex Calce Viva, & Cineribus Clavellatis, ſimul cum aqua coctis, conficitur, & ſupra ignem fortem exſiccatur in fragmenta, in lagenam vitream, calidiſſimam, cautiſſime mox obturandam, immittenda.

CORNU CERVI PRAEPARATIONES.

Cornu Cervi Praeparatio.

℞. Cornu Cervi Q. V.

In igne nudo, vel in crucibulo comburatur, donec penitus albeſcat; tum ſubtiliſſime tritum, ſaepiusque Aqua Roſarum *lavatum, & ſupra marmor denique laevigatum, redigatur in Trochiſcos.*

Eodem modo parantur, niſi quod in aliis & combuſtio tertium, & exſtinctio repetatur,

Lapis Calaminaris.
Ostracodermata.
Rasura Eboris, sive Spodium.
Tutia etc.

Cornu Cervi Praeparatio Spagyrica.

In Deſtillatione cujuſdam Aquae per Veſicam fragmenta Cornu Cervi filo in collo Veſicae ſuſpendantur ita,

 ut

ut ipsum liquorem non attingant, quo modo ascendentes vapores in substantiam friabilem ossa redigent. Similiter fiat cum Ebore.

Cornu Cervi Spiritus, Oleum, et Sal.

℞. Cornu Cervi Q. V.

In fragmenta majora fractum, committatur ollae ferreae, in furno accommodatae, cui amplissimus Alembicus figlinus applicatus, & excipulum largissimum, lutatis rite commissuris. Sollicite ignis per gradus excitetur, prodibit liquor limpidus, aquosus, seorsum in vas purum effundendus; prodibit dein Spiritus, alcalinus, oleosus, pinguis; prodibit, igne auctiore, Sal volatilis, una cum Oleo; prodibit demum, igne summo suppressionis, Sal paulo fixior, & Oleum crassum, tenax, piceum. In fundo remanebit carbo niger, solidus. Tum, Oleo L. A. separato, Spiritus cum Sale admisto, lenissimo calore, destillet, utrique ascendent puriores, ut demum, si aliquoties hoc caute repetatur, Sal fiat candidissimus, & Spiritus instar aquae limpidus, odore non ingrato. Tum vero Sal, a Spiritu separatus, primum ex quadruplo pondere cretae purissimae, deinde ex pauco Alcohole sublimando, citius, magisque purus ab Oleo adhaerente redditur. Denique Oleum Destillatione depuratur.

OLEUM CORNU CERVI DIPPELII.

℞. Olei Cornu Cervi q. v.

Affunde, in vitro, aquam puram, tepidam, & conquassa simul; solvetur in aqua Sal, qui Oleo adhuc adhaeserat, acer, causticus, unde Oleum longe mitius evadit. Tum ex Cucurbita vitrea, calore ebullientis aquae, Oleum liberetur aqua tamdiu, donec nihil hujus amplius inde elici possit. Deinde Oleum purum, in Retortam immissum, destillet in excipulum satis largum, igne sensim adaucto in arenae tandem supremum usque gradum, donec nihil amplius ascendat. Oleum habetur limpidius, tenuius, minus foetens. In Retorta remanet terra nigra. Oleum hoc iterum destillet eodem modo; purius acquiritur, limpidiusque Oleum. Idem vicies repetatur, semper rejecta faece terrea; fit tandem Oleum Spiritus instar tenue, pellucidum, penetrantissimum, volatile, odore gratum, & sapore commendabile.

CORNU CERVI USTUM.

Carbonem nigrum, qui post Destillationem Cornu Cervi *in ollae fundo relictus, exure igne aperto, donec candidus reddatur.*

SPIRITUS CORNU CERVI SUCCINATUS.

℞. Spiritus Cornu Cervi fortissimi q. v.

Huic per vices ingere Salem Volatilem Succini, subtilissi-

lissime tritum, tamdiu, donec ebullitio cesset. Liquor, per subsidentiam clarus, usui servetur, aut ex Retorta depuretur.

SALIS AMMONIACI PRAEPARATIONES.

Flores Salis Ammoniaci.

℞. Salis Ammoniaci, contusi, exsiccati, libram unam.
Immitte in Cucurbitam terream, capitellum amplissimum impone, juncturas argilla claude, & arena. Ita pone in furno arenae, ampulla rostro Alembici apposita, in quam Aqua, primo forte proditura, facile destillare queat. Tum, igne leviore, omnis illa humiditas primo elevetur; deinde vero continuo augeatur, donec Alembicus nive candida incipiat obfuscari, atque retineatur in eodem gradu octo, vel decem horas. Denique frigescant omnia, & ex capitello, prudentissime soluto, Sal niveus eximatur, rarus, levis, sublimatus, quem in vitrum recondas siccum, calidum, purissimum.

Flores Salis Ammoniaci Martiales.

℞. Florum Salis Ammoniaci, valde siccorum.
Ferri, recentissime limati; ana uncias quatuor.
Tere in Mortario vitreo, quo longius, eo melius; tum pulverem immitte in Cucurbitam vitream, capacem, siccam, eique appone Alembicum, cui excipulum appli-

plicetur. Defodiatur in arenam usque ad Alembicum. Deinde ignis instruatur, primo lenior, quo ascendet liquor acer, penetrantissimus; quo deinde incitato, & aucto, Flores sursum levabuntur, varie colorati, qui interiori sese Alembico applicent, postea, ut ignis ille gradus sex, vel octo horas continuatus est, & frigefacta demum fuerunt omnia, prudenter colligendi, atque probe in vitro sicco, caute obturando, reservandi.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM ALCALI FIXO.

℞. Florum Salis Ammoniaci, siccissimorum, uncias decem.
Salis Tartari, siccissimi, purissimi, rite comminuti, uncias tres.

Immitte in Retortam vitream, iisque affunde
Aquae purae uncias novem.

Fiat Destillatio in excipulum, accurate accommodatum, per varios gradus ignis. Ascendet vapor humidus, qui ad cavam superficiem excipuli conglaciatur in Salem solidum, continuo adauctum. Hic vero incipit deinde solvi a liquore magis aquoso, qui postea ascendit. Tum urge ignem ad siccitatem usque Salis, qui fixus in fundo remanet. Denique liquorem cum Sale, ita attenuato, & partim soluto, concussum effunde in vas purum, vitreum, accurate vitreo operculo claudendum. Habetur Spiritus alcalinus, volatilis, supernatans, hoc nomine saturatus, atque praedicandus, si Sal in fundo solidus haerebit.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE VIVA.

℞. Salis Ammoniaci puri, triti, Q. V.

Solvatur triplo aquae purae. Dein in Cucurbitam puram, amplam, paulo calefactam, immittantur Calcis Vivae *tres partes ratione* Salis Ammoniaci. *Superfunde solutionem Salis Ammoniaci, Alembicum ocissime impone, amplum admove excipulum, lutum crassum applica ex farina Lini. Subito calor fit, & ebullitio violentissima, Spiritus non coercendus, simulque copiosus liquor citissime in excipulum destillat, colligitur. Postquam ardor hic spontaneus deferbuit, gluten arctius adigatur, & ignis aliquid supponatur, fiat sensim Destillatio ad siccitatem usque. Spiritus productus ilico in lagena vitrea, arctissime claudenda, teneatur.*

SAL FEBRIFUGUS SYLVII.

℞. Salis, qui in fundo Retortae post destillatum Spiritum Salis Ammoniaci cum Alcali Fixo relictus, Q. V.

Affunde purissimae Pluviae calidae quantum sufficit, ut penitus dissolvatur. Liquorem percolato, ut limpidissimus sit; eumque deinde spissatum in crystallos redige. Sal erit, sapore, forma cubica, aliis effectibus fere Salem Marinum referens. Hic, crucibulo inditus, tecto latere, aliquandiu calcinatus, solutus dein, iterumque coagulatus, admodum purus redditur.

SPI-

Spiritus Mindereri.

℞. Spiritus Salis Ammoniaci, cum Alcali parati, q. v.
Affunde, in vase capaci, puro, vitreo, Spiritus Aceti fortissimi *partem quandam, per vices; concute, permisce accurate, donec nulla amplius ebullitio oriatur. Calefac tum vas, & de integro aliquid Spiritus alterutrius affunde, ut de saturitate constet; habetur liquor salsus, maxime penetrabilis, adhuc digerendus per aliquod tempus.*

Sal Ammoniacus Volatilis, Oleosus, Aromaticus, Siccus.

℞. Olei Stillat. Cinamomi.
——— Flor. Lavendulae.
——— Macis.
——— Cort. Citrei ana scrupulum unum.

Solutis Alcoholis Alcalisati parte duodecupla, & in Cucurbitam vitream, mundam, immissis admisce
Florum Salis Ammoniaci uncias duas.
Salis Tartari siccissimi drachmas quatuor.

Concute rite, ut bene misceantur; dein, applicato mox amplo Alembico, & excipulo puro, vitreo, fiat Sublimatio igne leni, protrahenda, donec humor inciperet ascendere. Tum statim abstinendum, & Sal purissimus, volatilis, ex Alembico exemtus, in vase, bene munito, vitreo, sicco, servetur.

NITRI PRAEPARATIONES.

NITRUM DEPURATUM.

℞. Nitri vulgaris Q. V.

Solve in ſextuplo ebullientis Aquae, lixivium fervidum mox decola, colatumque, in vaſe puro, exhalet ſupra ignem, donec pellicula in ſuperficie appareat. Tum vas in loco frigido repone, immiſſis bacillis ligneis, & cryſtallos, jam ſtatim formatas, deinde collige, ſupra chartam bibulam ſiccandas. Quod ſi in Aquam prius infuderis Flores Papaveris Rhoeados, ut bene coloratus liquor ſit, dicuntur hae Cryſtalli Minerales. *Eodem quoque modo depuratur, ſi lixivio miſcueris Oleum Tartari per Deliquium.*

NITRUM ALCALISATUM, SEU FIXUM.

℞. Nitri ſicciſſimi, pulverati, Q. V.

Eo forte, capax, crucibulum imple, quod in prunas, undique circumponendas, firmum impone. Ut Nitrum perfecte fuſum inſtar aquae eſt, exiguum fruſtum carbonis lignei, accurate igniti, in illud immitte; mox flammam concipit, ſtrepit, oberrat per Nitri ſuperficiem, donec conſumtum ſit; quo facto, flamma exſtinguitur, Nitrum quieſcit. Tum iterum injice tale fruſtum, fient eadem phaenomena. Perge injicere, donec Nitrum nec amplius fluat, nec flamma fiat. Tandem maſſa, in ſupremo cavum habens ab ultima pruna, ſolida, virideſcens, alcalina, in

aere cito deliquescens, ex fracto crucibulo statim eximenda, in vitro, cum cura obturando, conservanda est.

Liquor Nitri Fixi, seu Alcahest Glauberi.

℞. Nitri Fixi Q. V.

Impone patinae vitreae, eamque expone aeri aperto, in loco humili, frigido, quieto; sponte liquescet. Liquefactum effunde in vas purum, vitreum. Ut omne solutum est, coletur liquor, jam limpidus, alcalinus, similis Oleo Tartari per Deliquium.

Sal Prunellae.

℞. Nitri purissimi uncias quatuor.

Fluat in crucibulo, dein immitte

Florum Sulphuris, purissimor. scrupulum unum.

Flamma oritur, quae, Sulphure consumto, sponte exstinguitur. Idem ter, quaterve repete; dein Nitrum in tabellas effunde.

Sal Polychrestus.

℞. Nitri purissimi, siccissimi.

Florum Sulphuris optimor. ana Q. V.

Diu accurate contere, dein pulveris, prudenter calefacti, scrupulos duos simul injice crucibulo, in ignem imposito, ignito. Ut deflagrarunt, perge per vices in-

injicere, donec ſatis videatur. Candeſcant ita per horam; deinde Sal, aqua fervida ſolutus, mox colatus, L. A. in cryſtallos inſpiſſatus redigatur.

SPIRITUS NITRI GLAUBERI.

℞. Nitri puriſſimi, ſicciſſimi, pulverati, uncias octodecim.

Inde in Retortam vitream, mundam; affunde
Olei Vitrioli puriſſimi, fortiſſimi, uncias ſex.

Applica ingentem ampullam vitream, &, commiſſuris luto ex calce & argilla bene clauſis, in furno arenae fiat Deſtillatio, primo igne moderato, dein per gradus aucto, tandem ſummo, qui ita excitari poſſit. Replebitur ampulla fumis rubris, & liquor guttatim exſtillabit. Tum ſponte remittatur calor, & liquor ſub camino prudentiſſime, ut Pulmoni proſpiciatur, in vitrum effundatur purum, epiſtomio vitreo mox claudendum, ne vapores ruberrimi, volatiles, diffundi poſſint.

ARCANUM DUPLICATUM.

Fit ex capite mortuo Spiritus Nitri Glauberi, ſive Sale candidiſſimo, nec acido, nec alcalino, qui in fundo Retortae manet, aqua ſoluto, decolata, & exhalata S. A. Dicitur & Nitrum Vitriolatum, *quodammodo referens Tartarum Vitriolatum.*

Spiritus Nitri cum Bolo.

℞. Nitri puriſſimi, pulverati, libram unam & ſemis.
Boli Vulgaris Rubrae libras quatuor & ſemis.

Miſta inde in Retortam terream, ita ut media pars ejus vacua maneat. Tum, rite adaptato Recipiente vitreo ampliſſimo, & agglutinato, primo leni igne aperto, dein fortiori, tandem fortiſſimo, fiat Deſtillatio; in quo ſtudendum maxime, ut ceſpites, continuo ingerendi, prius optime fuerint percalefacti, ne a frigore cantharus findatur. Ignis ſummus ita per bihorium continuetur. Deinde vaſa ſponte frigeſcant, & Spiritus Nitri, fumos ruberrimos, noxios, exhalans, ſubito in vitreum vas effundatur, bene obturandum.

Spiritus Nitri Dulcis.

℞. Alcohol. puriſſimi partes octo.

Inſtilla per guttas, continuo, donec penitiſſime permiſta ſint, exſpectando, vas bene movendo,
Spiritus Nitri Glauberi, optimi, partem unam.

Liquor aliquandiu digeratur. Si ex Retorta bis, vel ter deſtillet, vocatur Spiritus Nitri Dulcis Rectificatus.

Aqua Fortis.

Ex Vitrioli calcinati, & Nitri partibus aequalibus, in Retortam terream immiſſis, igne per gradus aucto, ut demum ſummus ſit, deſtillet.

AQUA REGIA.

℞. Spiritus Nitri, vel Aquae Fortis, uncias quatuor.
In Cucurbita ampla paulatim admisce
Salis Ammoniaci, triti, unciam unam.
Pone in arena, donec Sal omnino dissolutus sit. Sal Marinus *idem praestat.*

SALIS MARINI PRAEPARATIONES.

SPIRITUS SALIS GLAUBERI.

℞. Salis Marini, sextuplo Pluviae soluti, dein iterum in crystallos cubicas L. A. exsiccati, tandem in igne crepitando calcinati, partes tres.
Olei Vitrioli optimi partem unam.

In Retorta vitrea commisce, eodemque modo institue, quo Spiritus Nitri Glauberi fuit praeparatus. Omnino cavendum a fumis, qui albi, volatiles, maxime suffocantes. Tum lenta opus prudentia est in augendis ignis gradibus, ne furens Spiritus vas rumpat. Alter Spiritus conficiendi modus est, quo fit absque fumis suffocantibus innoxius, quando Salis Marini tribus partibus duae misceantur Pluviae purissimae, una Olei Vitrioli, atque Spiritus productus dein, igne leni, destillet ex Cucurbita; quippe suam aquam ita dimittit, & in fundo vasis Spiritus relinquitur meracus, pinguis, fragrans, grate acidus, viridescens.

SPI-

Spiritus Salis Marini cum Bolo.

℞. Salis Marini, crepitando depurati, libras tres.
Boli Rubrae vulgaris libras decem.

Mista diu, & accurate, immitte in cantharum, similiterque procede, ut in Destillatione Spiritus Nitri cum Bolo. In primis lente gradus ignis augendi sunt, &, ubi pingues quasi striae in Recipiente decurrere incipiunt, in summum usque gradum intendendus, atque continuandus ita per sex, vel octo horas est. Tandem absiste, purumque liquorem effunde, grate fragrantem, acidum, colore viridi.

Spiritus Salis Dulcis.

Obtinetur, si meracissimus Spiritus Salis Glauberi, triplo Alcoholis optimi mistus, deinde, bis terve destillando, eidem accurate uniatur.

Sal Mirabilis Glauberi.

Salem residuum in fundo Retortae, post Destillationem Spiritus Salis Glauberi, exime, tunde, &, crucibulo immissum, igni committe, donec fluat; tum aqua calida dilue. Potest & ipse Sal, in Retorta residuus, affusa aqua calida dissolvi. Deinde fervidum lixivium decola, & spissa, donec pelliculam incipiat formare. Tum quietum in loco frigido repone, coibit in massam glacialem. Haec, sextuplo aquae fervidae iterum soluta, dein paulum spissata, & in vitro magno reposita, concrescet in pulcerrimas crystallos, constantes, in aere non deliquescentes.

VITRIOLI PRAEPARATIONES.

Vitrioli Calcinatio.

℞. Vitrioli Viridis, vulgaris, Q. V.

In cantharum figlinum immitte, quem, tigillo tectum, igne cinge, ut lente calescat. Incipit fumare Vitriolum, &, aucto dein igne, liquescere; tum vero, igne adhuc ardentiore, iterum spissari, album fieri; demum, magis etiam intenso, flavescere, ad vasis latera rubescere. Denique materiem frigefactam exime, in pulverem tunde.

Vitrioli Spiritus, Oleum, Colcothar.

℞. Vitrioli Calcinati Q. V.

Inde in cantharum fortem, figlinum, tam capacem, ut duplo plus, & amplius capere possit. Huic applica excipulum vitreum, amplissimum, optime respondens, positu horizonti parallelo. Linteum, & lutum ex calce & argilla circumdato, sicque relinque per viginti quatuor horas, ut lutum exsiccetur. Tum ignis instruatur gradatim, exibit fumus albus, excipulum calescet. Sustine hunc ignem per sex horas. Postea incipient striae Spirituum, instar olei, descendere secundum latus Recipientis. Continua hunc gradum ignis etiam per sex horas. Tandem ultimis sex horis sustine ignem, ut cantharus candescat penitus.

Pro-

Prodibit Oleum crassum, ultimum. Denique quiescat, & ignis sponte exstinguatur. Tum, vinculis prudentissime solutis, effunde liquorem in lagenam, quam obtura, cavendo sollicite a fumo noxio. In canthari fundo erit calx rubra, nigrescens, austera, Colcothar. Spiritus hic, seu Oleum Vitrioli in Cucurbitam vitream, puram immittatur, & urgeatur igne arenae quingentorum graduum, tum dimittet de se Spiritum suum silvestrem, & aquam, estque ita ex nigro factum limpidum. Si denique hoc, jam limpidum, Oleum ex parva, pura Retorta, collo longo, curvo, destillet, ita ut gutta guttam sequatur, eaeque in aquam purissimam cadant, in fundo excipuli detentam, habetur Oleum Vitrioli purissimum, optimum.

TARTARUS VITRIOLATUS.

℞. Olei Vitrioli purissimi uncias tres.

Dilue in Cucurbita vitrea, alta, capaci, oris angusti, triplo aquae purae, calidae, & affunde guttatim Oleum Tartari per Deliquium, donec saturatio obtineatur perfectissima, cum aliter acrimonia damnosa remanet, vel acida, vel alcalina. Fiet ebullitio maxima, & incipiet Sal albus fieri, diu ante saturationem fundum petens. Tum, ut saturationem magis certam habeas, concute, gusta, partem lixivii calefactam in duas portiones divide, quarum alteri guttam Olei Vitrioli instilles, alteri guttam Olei Tartari per Deliquium. Si de aequilibrio rite constet, liquor affusa pluri aqua fervida inte-

gre diſſolvendus, ut omnis Sal penitus dilutus fuerit. Dein liquor fervidus ſtatim percoletur, ſpiſſetur ad pelliculam, L. A. in cryſtallos redigatur. Sal natus erit medii ſaporis, candidus, plurimum aquae requirens, priusquam integre diſſolvi poſſit.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS, QUI HOFFMANNI DICITUR.

℞. Alcoholis puriſſimi uncias octo.

In Cucurbita alta, vitrea, guttatim inſtilla, lenta admiſtione,

Olei Vitrioli ſinceri, puriſſimi, unciam unam.

Liquor, bene permiſtus, rubellus, ſpirabit ſuaviſſimam Abrotani fragrantiam, ſed noxiam, ſuffocantem. Vaſe clauſo, fiat lenis digeſtio illius ſpatio quinque dierum.

Si Liquor hic deſtillet leniter, vaſis arctiſſime conglutinatis, exibit Spiritus, mire ſubtilis, ſuaveolens, praeſocans, qui, ſi nigreſcere inciperet, mutato Recipiente, ſeorſum colligendus. Deinde vero perge lenem ignem inſtruere, aſcendet aquoſus, foetidus, liquor, & cum eo liquor ponderoſus, purus, limpidus, in phlegmate illo non permiſtus conſtans, ſed & priori miſceri negans, grate fragrans, in Alcohole diſſolubilis. Mutetur Recipiens, ne, qui poſtea prodiret, liquor foetidus aſcendat. Dicitur

OLEUM, SIVE SPIRITUS VITRIOLI DULCIS.

SPI-

SPIRITUS AETHEREUS.

℞. Spiritus Vitrioli Dulcis.
